EXERCITATIO THEOLOGICA
DE
PACTIS HOMINVM CVM DIABOLO

CIRCA ABDITOS IN TERRA THESAVROS EFFODIENDOS ET ACQVIRENDOS, AD CASVM ILLVM TRAGICVM, QVI ANNO PRIORI EXEVNTE IN VIGILIIS FESTI NATIVITATIS CHRISTI IN AGRO IENENSI CONTIGIT, INSTITVTA,

QVAM,

DEO CLEMENTER ANNVENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE, VVESTPHALIAE, ET RELIQVA,

MODERATORE

VIRO MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI

DN. MICHAELE FOERTSCHIO,

SS. THEOL. D. ET PROFESSORE IN HAC SALANA PRIMARIO, ORDINIS ITEM THEOL. SENIORE ET h. t. DECANO MAXIME SPECTABILI, ACADEMIAEQVE PRO-RECTORE IAM DESIGNATO,

MAECENATE AC STVDIORVM SVORVM AMPLIFICATORE, MAIORI ADHVC, QVAM QVAE FILIO CONGRVIT, PIETATE AD CINERES VSQVE COLENDO,

AD D. IV. IVLII MDCCXVI.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

SVBIICIT

AVCTOR ET RESPONDENS

IOANNES ANDREAS RINNEBERG,

NORTHVSANVS.

IENAE, APVD WERTHERVM.

Rinneberg. Dr. Pas.
B XXV 453674

B59/100
-46

CONSPECTVS DISSERTATIONIS:

§. I.

Ratio instituti proponitur & defenditur.

§ *II. Indoles argumenti in genere & fontes, unde tractatio petenda sit? considerantur.*

§ *III. Inscriptio s. titulus explicatur.*

§. *IV. Dari pacta cum Diabolo asseritur, cum remissione ad scriptores varios eorumque adversarios.*

§. *V. Transitus fit ad institutum, ubi in casu nostro thesauripetarum propositum a Spiritibus opem petendi examinatur atque dispicitur*: Num Spiritus boni sensibili modo cum hominibus agant, & cum iis conversentur? *Id quod affirmatur, & olim saepe factum esse ostenditur.*

§. *VI. Adhuc nostra aetate Angelos bonos sensibili modo versari inter homines, & effectus sensibiles subinde edere singulari DEI proviſu, conceditur.*

§ *VII. Non tamen a DEO expeti posse ad detegendos thesauros, evincitur.*

§. *VIII. Applicatio ad casum nostrum, ubi quaeritur:* an thesauripetae auxilium a DEO & bonis Angelis petierint? *Ubi primo rationes affirmantes afferuntur.*

§. *IX. Respondetur ad illas rationes, & thesauripetarum detestabile consilium ex ipsis circumstantiis ostenditur.*

§. *X. Alia fundamenta adversus thesaurarios suppeditantur.*

§. *XI. Adhuc alia adduntur.*

§. *XII. Dubium de Daemoniis terrenis, in specie de virunculis metallicis, solvitur.*

§ *XIII. Septimum fundamentum contra thesauripetas*

exponitur, ubi de Clavicula Salomonis & Fausti Höllenzwang quaedam subjiciuntur.

§. XIV. Octavum sequitur, ubi de sigillis & characteribus quaedam occurrunt.

§. XV. Exceptionibus occurritur, ubi de astrorum influxu in characteres & signaturas tractatur.

§. XVI. De eodem argumento pluribus agitur.

§. XVII, Num thesauripetae pactum cum maligno genio inierint? disquiritur, & in affirmativam sententiam pronunciatur.

§. XIIX. Eadem ex sanioribus principiis amplius deducitur.

§. XIX. Pacta diabolica distinguuntur in expressa s. aperta vel directa, & in tacita, vel implicita: porro explicita subdividuntur cum addito judicio: ubi simul disquiritur: ad quod genus thesauriorum factum referri possit?

§. XX. Quaestio movetur: An thesauripetae pactum naturale implicitum inierint?

§. XXI. Implicitum quid sit? exponitur: ubi distinctio in ignorantiam vincibilem & celebre exemplum ignorantiae invincibilis adhibetur, vincibilique ad casum praesentem applicata, asseritur, reos esse thesaurarios pacti impliciti voluntarii, & intendisse pacta expressa.

§. XXII, An magiae rei sint? disquiritur: ubi de voce magiae, ejusque usu vario differitur.

§. XXIII. Quo sensu magi non sint? explicatur.

§. XXIV. Quaestio finalis pertractatur: An mors thesauripetarum Daemoni potius, quam causis mere naturalibus tribuenda sit? ubi quidem asseritur, causas naturales in censum hic venire.

§. XXV. Diabolum tamen ad tristem hunc eventum concurrisse, commonstratur I. ex ipsa negotii natura II. evocatione Daemonis, & spectri comparitione & habitu.

§. XXVI. III. Ex consuetudine Cacodaemonis, qui plures in simili negotio trucidavit. IV. ex proposito decipiendi, & specioso praetextu de non servato pacto, si nempe rituum contextus non accurate sit observatus.

§. XXVII. Usus tractationis theologicae cum pio voto annectitur.

§. I. Mira-

§. I.

MIrari quis posſit, cur Argumentum hoc *de Pactis hominum cum infernali genio* ſ. *Diabolo* meditandum ſumpſerimus; cum & tritum ſatis tractatumque ſit a pluribus, & Viri, tam autoritate, quam eruditione præſtantes, rem fabuloſam declaraverint, nugisque anilibus annumerare auſi fuerint: & denique ejuscemodi materiæ, curioſæ magis, quam utiles, nec facile ſolidam & immotam demonſtrationem admiſſuræ, rectius ſilentio premi, videri queant, quam ut incertis duntaxat & veroſimilibus ratiunculis momenta cauſæ implicentur & obſcurentur; cum præſertim anceps & dubium ſit judicium de experientia, quò provocatur in hoc genere, & ipſa acta publica, ad quæ tamen præcipuus ner-

Ratio inſtituti proponitur & defenditur.

vus demonſtrandi propellitur, ſubleſtæ fidei arguantur a Viris doctis, & magno ſæpe cum affectu percenſeantur. Enimvero nova nunc & deploranda ſatis occaſio nobis eſt ſubnata è nupero caſu tragico, ſe prodente in temerariis quibusdam hominibus, qui, ad comparandos Spirituum ope abditos in terra theſauros, ſe ſociaverant: ubi quædam è circumſtantiis Hiſtoriæ triſtis colligere & veritatem illuſtrare, quantum in hoc genere fieri poteſt, fas erit. Neque vero de *Pactis* illis in genere agere animus eſt, ſed *in ordine ad theſauros comparandos. Arduum ſane negotium! in quo non tam de vita & exiſtimatione hominis agitur, quibus tamen rebus in orbe terrarum nihil eſt pretioſius*, ut ait *Godelmannus*, Ictus, (a) quam de eo diſpicitur, ſi recte loqui velimus, quo nihil fœdius ac damnoſius in creatura rationali excogitari poteſt, Fœdere nempe cum hoſte Dei & hominum infenſiſſimo & potentiſſimo in propriam perniciem & certiſſimum interitum, a quo cum merito homo, Dei ſervus per naturam, nedum Chriſtianus, omni modo abhorrere debeat, non ſine fructu res altius perpenditur, ut eo magis a fraudibus Satanæ fideles Dei ſervi ſibi cavere poſſint, & alii in ejus retia lapſi

(a) in Tr. de *Magis*, *Veneficis* &c. præfat. Libro I. præmiſſa.

lapsi revocari. Neque vero deterrere nos debet a proposito, quod alii jam brevibus commentationibus Casum tragicum illustrare cœperint: nam & nostrum adjeciſſe Theologicum judicium non pigebit, & in ceteris ita scopum tenebimus tramitemque nostrum, ut haud difficulter pateat, nihil affectui aut præjudiciis nos dediſſe, sed unice veritati studuiſſe, & ad ædificationem respexiſſe.

§. II.

Hinc primum in genere de indole argumenti & fontibus tractationis præmonendum: Esse illud ex eo genere, quod *a posteriore*, (**da man von unten aufwerts steigt**) ut loquuntur, probari potest & debet, nimirum ab effectis & admirandis eventibus, qui hinc inde perspicuis exemplis se produnt, è quibus ad aliquam communionem, confœderationem & conventionem hominum cum malis geniis tum in *genere*, tum in *specie ad thesauros detegendos* recte concluditur. Cunctas enim relationes de iis, quæ ipsis sensibus non usurpantur, vel etiam sensibus objecta, pro nugis tamen vel imaginationibus declarare, stupidi magis est, quam sapientis animi. Ingeniosissimus Vir, *Henricus Morus* (b) bene notavit

Indoles argumenti in genere & fontes, unde tractatio petenda, considerandi.

(b) in *Antidoto contra Atheismum* Lib. III.

characteres aliquos, e quibus *relatio fide digna* dijudicari queat: veluti si *primo* virum honestum, nec lucri cupidum, autorem habeat: si *secundo* plures rem ipsam, quæ facta dicitur, inspexerint & præsentes fuerint: si *tertio* realis effectus, sensibus obvius, se prodiderit in historia, quæ narratur: quanquam non omnem statim veritatem deneget iis, quæ destituuntur hisce notis. Recte sane B. Dn. *de Seckendorff*: (c) Wenn ein Brief vorgelegt/ der vor viel hundert Jahren in Käysers/ Königs/ Fürsten/ Bischoffs oder dergleichen Person unterschrieben/ und sonst kein Verdacht einer Falschheit sich dabey veroffenbahret/ so wird niemand so unbescheiden seyn/ und ein solch document und Uhrkundt verwerffen/ dieweil er nicht selbst gesehen/ oder dabey gewesen/ wie der Brief geschrieben worden/ noch denjenigen gesehen und erkennet/ der ihn unterschrieben. Wo kommt denn die wunderseltzame Verhärtung her/ daß man ehrlichen/ ungescholtenen/ und im Verstand und Nachdencken den Atheisten nichts nachgebenden Leuten keinen Glauben beymessen will/ wenn sie auch aus eigener Erfahrung bezeugen/ daß sie Geister in gewisser angenommener Gestalt gesehen/ oder doch solche Würckungen wahrgenommen/ welche unsichtbarer Weise/ und also von Geistern verrichtet worden? Unzehliche Acten liegen hin und wieder in Archiven und Gerichts-Stuben von der Zauberey/ und zwar einer solchen/

die

(c) Im Christen-Staat p. 44.

die nicht in bloſſer Erzehlung oder Bekänntniß der Gefangenen beſtanden/ ſondern deren effect von andern Leuten geſehen worden. Ejuscemodi teſtimoniis & documentis fidem prorſus denegare, eſt ſcepticismum cum Atheismo plenis velis introducere. Sed nec ſacra Scriptura nobis hic deeſt: cujus haud paucis teſtimoniis conſtat, exiſtere malos genios ſ. Diabolos, eosq; certas operationes exſerere vel immediate, vel mediate per inſtrumenta ſua, ſagas, lamias, incantatores &c. vel vere, vel præſtigiatorie, ubi pacta plerumque intercedunt vel *explicita* vel *implicita*: immo ſatis clara indicia ſuppeditat pactorum, etiam ad comparandas divitias & theſauros. Quæ omnia ad præcepta domeſticæ hypotheſeos, corruptæque rationis decempedam detorquere velle, non niſi malitioſi, & a veritate abhorrentis eſt animi.

§. III.

Explicatio inſcriptionis ſ. tituli.

Ad fundamenta conſiderationis hujus pertinet: notaſſe præcipue terminorum ſignificatum: Nam cum inſcribimus: *De Pactis hominum cum Diabolo*, per ſe patet: Pactum h. l. non aliter accipi, quam eo ſenſu, quo homines de pactis & conventionibus loquuntur, alioquin ne quidem determinatum conceptum de iis formare

mare poſſemus. *Eſt* autem *pactum* ſ. conventio in genere, communi hominum, præcipue Doctorum Juris conſenſu, *duorum vel plurium voluntaria conſenſio ſ. conſpiratio in idem placitum.* (d) Quæ definitio, ſi ſpecialiter ad pacta cum Diabolis accommodetur, ita inſtituenda & determinanda eſt, ut ad diverſos modos, ſub illa contentos, applicari poſſit. Non enim omnes conventiones cum malo genio tam barbaras & craſſas eſſe credibile eſt, ut ſtatim & ſemper Satanas a paciſcentibus ſecum plenam ſubjectionem & obſequium ad omnia, ſuique totalem deditionem ſtipuletur; ſed, ut callidus eſt & malitioſus Spiritus, (e) ipſaque exempla, Actaque publica docent, *lenioribus* aliquando *pollicitationibus* & promiſſis allicit, ſibique reſtipulatur officium, e. g. veneficium uni vel alteri inferendum, damna varia, licentiæ abuſum, perpetrandorum variorum ſcelerum, cauſa pro quibus ille delicias variasque alias illecebras promittit vel per ſe, vel per alios, eo unice fine, ut tandem confœderatos ſuos corpore & anima in æternam præcipitet perniciem. Atque ita *Pactum cum Diabolo completum*

(d) Conf. *Pufend.* de *Iure feciali divino* §. 20. *Huberus* de *Iure Nat.* Lib. II. Sect. VI. c. 3. §. 2.

(e) *Epheſ.* VI, 12. *II. Cor.* XI, 3.

tum ac consummatum est conventio, qua homo se suaque Satanæ addicit in fidem & obsequium, & Satanas repromittit, se suos devotos beaturum, hostes ulturum, mala aversurum, & bona adjecturum. Conf. *B. Io. Adam Osiander* (f) idem, qui varios modos conventionis talis ibi recenset. Cui addendus *Godelmannus.* (g) Per *Diabolum* autem per se patet nihil aliud intelligi, quam Spiritus illos Apostatas a Deo, de quibus *Thaddæus: quod non servaverint originem suam, sed reliquerint* τὸ ἴδιον οἰκητήριον, *& ad judicium magni illius diei vinculis æternis sub caligine serventur.* V. 6. & Petrus: *Deus angelis non pepercit, sed catenis noctis in tartarum præcipitatos tradidit servatos ad judicium.* II. Ep. II, 4. Et *Ioh.* VIII, 44. *Diabolus homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo.* Dictus est ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν, *calumniari.* Ab *Irenæo* dicitur ζάβουλος, unde spectrum in *montibus Riphæis* dictum putant **Rübenzahl.** Loquimur autem in *singulari*, non certum quoddam individuum, sed *Stylo Scripturæ* (h) quos-

vis

(f) Tr. de *Magia* p. 48. §. 26.

(g) Lib. de *Magis* L. I. c. II. p. 19. ubi itidem modum illius confœderationis describit.

(h) vid. *Luc.* VIII, 12.

vis *malignos Spiritus* designantes, alias *Dæmones* (i) dictos, item *Satan* ab adversando, de quibus & aliis nominibus Theologi, quoties de Angelis ex professo tractant, vel in Scripturam sacram commentantur, prolixius agunt. (k) Quod addimus in titulo: *ad thesauros in terra abditos comparandos*, eo destinatur, ut restringamus propositum nostrum a generali tractatione de pactis cum malis geniis ad casum nostrum, quem respicimus.

§. IV.

Dari pacta cum Diabolo, asseritur cum remissione ad Scriptores varios, eorumque adversarios.

Equidem dari in universum ejuscemodi pacta, confœderationes & conventiones cum infernalibus geniis, ex communiore sententia complures hactenus & Theologi & Iurisconsulti & Philosophi ostendere sunt aggressi, quorum etiam aliqui vindicias pro veritate instituerunt aduersus dissentientes, qui prorsus negant operationes Diaboli in mundo, adeoque & pacta s. conventiones, ut notus jam est in vulgus *Balth. Bekkerus*, Batavus, **in seiner bezauberten Welt**/ cujus hypotheses pridem certatim a Viris doctis sunt examinatæ & refutatæ, quorum Catalogum ex-

(i) *Matth.* VIII, 31. Marc. V, 12. sqq.
(k) vid. *Calovii* System. Tom. IV. *de Angelis malis.*

exhibuit B. *Grapius.* (l) Alii operationes Satanicas in hoc mundo non negant, nequaquam tamen pacta & conventiones magorum cum malis geniis admittunt, quos inter eminet celeberrimus *Thomaſius*, (m) cujus hypotheſes examinavit *Petrus* **Goldſchmidt.** (n) *Reginaldi Scoti*, nobilis Angli, librum, quem inſcripſit *Detectionem artium magicarum*, ubi crimen magiæ ſagasque magno conatu negat pernegatque, & mirandos effectus ad melancholiam, vel naturales morbos, vel faſcinationem refert, confutavit *Ioſephus Glanvill*, Anglus Theologus, (o) qui idem, majore tamen moderatione, caſtigavit quoque hypotheſes *Epiſcopii*, Remonſtrantium Doctoris, qui (p) non quidem negat lamias, pacta tamen earum cum Diabolo ejuscemodi negat, qualia ſupra deſcripſimus, queis nempe ſagæ a parte ſua DEO & religioni Chriſtianæ renuncient, ſeque totas anima & corpore eidem devo-

(l) in *Theologia recens controverſa continuata* Cap. de *Angelis* Quæſt. 9.

(m) Vid. Diſp. inaug. de *Crimine Magiæ* 1701. & ſcripta, quæ deinceps Germanice prodiere.

(n) im verworffenen Hexen- und Zauber-Advocaten, qui liber prodiit 1705. Hamb. 8.

(o) in *Saduciſmo triumphato* p. 62. ſeqq.

(p) in *Inſtit. Theol.* l. 3. c. 1.

veant ac mancipent. Hoc ipsum quoq; in Episcopio percensuit memoratus *D. Osiander* (q) idem, qui directorium Scriptorum in hoc argumento consignavit l.c. p.46. quos inter præcipui *Remigius*, *Godelmannus*, *Bodinus*, *Frommannus*, *Delrio*. &c. qui pro existentia pactorum cum Diabolo scripserunt. Quibus recentiores, a nobis h.l. allegati & allegandi, addi debent, præter eos, quos, longe plures, indicavit *Bangius* in Cœlo Orient. p.91. Fatemur tamen, diligentissime omnium, hactenus allegatorum, Dn. *Aurifabrum* antea nominatum argumenta & momenta collegisse, & nervum eruisse præsertim in Scripturæ sacræ locis.

§. V.

Transitus ad institutum, ubi in casu nostro Thesauripetarum propositum a Spiritibus opem petendi.

Non itaque est, cur prolixe h. l. repetere velimus, quæ excussa satis & ponderata sunt; sed propius ad scopum pergimus, speciatim de ipsis pactis & conventionibus cum Diabolo, quæ ad thesauros e terra eruendos ac detegendos respiciunt. Quo tendit Casus nuperus tragicus, cujus Relatio demum publica *SERENISSIMI DVCIS, DOMINI TERRITORIALIS*, autoritate prodiit, ubi rustici quidam cum Studioso Medicinæ, *VVebero*, cooperantibus aliis quibusdam personis, conspirarunt ad evocandos Spi-

(q) in Tr. *de Magia* p. 76. sqq.

Spiritus, qui theſaurum in vicinia ingentem, auro & gemmis exſplendeſcentem, uti putabant, detegerent, ſeque illius participes facerent. Vid, *Relationis Principalis* p. 1. ſqq. ad 9. ubi de Spiritu *Nathaële*, cuſtode ſcilicet theſauri, virginis ſpecie comparente, mentionem faciunt, conſentiuntque in evocationem conjuratoriam *Ochi*, quem vocant, Principis ſpirituum in ſole, cujus imperio Nathaëlem ſubeſſe ſomniant. Cui addo, quod ipſe *VVeberus*, cuſtodia adhuc detentus, me ſciſcitante, profeſſus eſt, ſe non niſi boni alicujus ſpiritus opera uti voluiſſe, quamobrem etiam adverſus malignos ſe muniverit precibus, veluti *Oratione Dominica*, quam recitarint, tum amuletis quibusdam, ſive ſignaturis, quas conſortibus dederit eo fine, quemadmodum etiam nomen *Tetragrammaton* ſuperliminaribus ædiculæ, ubi convenerunt, inſcripſerit. Adde p. 18. Vnde *prima* oritur *conſideratio*: *Num boni ſpiritus ſenſibili quodam modo cum hominibus agant, iisque ope vel auxilio ſubveniant?* Speciatim: *An theſauripetæ hi aliquid opis ab ipſis præſtolari potuerint, ſi utique de bonis Spiritibus cogitarint?* Vbi *primo* removendum eſt illud ſpirituum vel angelorum genus, quod gentilium ſuperſtitio effinxit, quorum alii ſint *cæleſtes*, &

1. Conſideratur atque diſpicitur: *num Spiritus boni ſenſibili modo cum hominibus agant, & cum iis converſentur? Affirmatur, idque olim ſæpe factum*

esse ostenditur.

præsint stellis, et animabus illarum, alii *elementares*, ex quibus sint *ignei*, *aerei*, *aquatici*, *terreni*: quorum officium inter alia sit bona hominibus procurare. Sic *Apulejus* de *Deo Socratis* medias inter summum æthera & infimas terras ponit potestates, quas *Dæmones* nuncupat, *vectores hinc precum, inde donorum*, (r) *id est*, qui partim preces ad DEVM perferant, partim varia dona ipsis conferant. In aureo *Pythagoræ* carmine nominantur primo *Dii immortales*, qui sint colendi, deinde *Heroum clarorum genus*, tum *dæmones terris mixti*, ubi vetus Commentator, *Hierocles*, (s) Dæmones explicat *Animos hominum veritate & virtute, doctrina & scientia præditos*, quibus, cum sua jura ferenda esse dicit, ita hoc intelligendum ait, ut sit idem, ac obedire præceptis, quæ nobis reliquerunt, nec ab eorum scriptis & legibus recedere. Quæ quidem bene se haberent, nisi superstitiosis hypothesibus iterum obfuscaretur, quod suo modo plane dictum est. Sic idem *Hierocles* notat: *uno nomine angelos & dæmones & heroas vocari*, qui non sint a mortali substantia

(r) Conf. *Vossius* de *Idololatria* l. 1. C. 7. p. 19. & ipse *Plato* in *Epimenide*. Addatur *Antonius Dalenius* Dissert. *de origine idololatriæ* Cap. 1, 2, 3. & *de Oraculorum ethn. Orig.* p. 4, 7, 13.

(s) *Edit. Londin.* p. 44.

tia editi, ſed ex uniformi cauſa, ſicut lux e lucido corpore, ut adeo divina ipſis natura & officium adſcribatur, quam participent. Sed quicquid ſit de Dæmonibus illis bonis, eorumque officiis ac miniſteriis: *Secundo* firmum eſto ex Scriptura ſacra, non alios exiſtere ſpiritus, quam *bonos* illos a Creatore conditos. *Pſalm.* CIV, 4. inque obſequio Dei conſtantes, & *malos* illos Apoſtatas, de quibus ſupra. Bonorum officia & miniſteria in ſacra Scriptura paſſim deſcribuntur tum reſpectu DEI, tum etiam reſpectu hominis: *ibi* in glorificatione DEI & exſecutione mandatorum ejus operoſi ſunt. *Pſalm.* CIII, 20. *Eſai.* VI, 2. *Luc.* II, 13. *Apoc.* V, 3. *hic* in cuſtodia piorum, in viis ipſorum, avertendo varia mala, reſiſtendo Diabolo, denique deducendo ſub finem vitæ ad veram quietem & felicitatem. Vidd. loca ſacræ Scripturæ huc pertinentia. (t) *Tertio* id quoque in liquido poſitum eſt, ſpiritus hos ſ. Angelos bonos ſenſibili quodam modo cum hominibus agere & converſari, & quidem quod olim id factum ſit ſæpius, nullum omnino dubium eſſe poteſt ei, qui Scripturam S. Verbum DEI admittit, quippe quod vel ſexcentis locis de Ange-

(t) *Hebr.* I, 7. *Pſ.* XXXIV, 8. XCI, 11. *Luc.* II, 9. *Ioh.* V, 4. *Matth.* II, 13. *Luc.* XXII, 43. XVI, 22.

lorum apparitionibus, ſermonibus, auxilio & ope piis lata teſtatur, ita, ut non modo externa aliqua ſpecies viſa & vox audita ſit, ſed & fructus & effectus reales ſecuti ſint. (u) Nec, mera phantasmata & imaginationes fuiſſe, quis putare poteſt, cum non ſolum angeli iſti Spiritus in ſacra Scriptura dicantur: quæ vox naturali ſignificatu ſubſtantiam, licet incorpoream, denotat; ſed & ſubſtantialia prædicata angelis iſtis tribuantur, veluti ſtare coram throno Dei, intueri faciem Dei, adorare Filium Dei &c. eorum miniſterio legem datam eſſe, & Evangelium de Chriſto hominibus prædicatum. (x) Hæc, inquam, pro meris phantasmatibus & imaginationibus interpretari perinde eſt, atque illudere Spiritui S. per Scripturam loquenti, januamque aperire infinitis literæ cavillationibus. Sed nec legati Dei, vel Prophetæ duntaxat intelligi poſſunt, ſed vel ipſe Filius Dei, viri forma apparens, vel angeli ſpecie illa conſpicui. Quid enim, num homo merus fuit, qui Moſi in rubo ardente apparuit? qui Manoæ, ejusque uxori apparuit, et in flamma

(u) Vid. *Geneſ.* XVI, XIIX, XIX, XX, XXI, XXII, XXXI. *Exod.* III, XIV. *Num.* XII. *Iud.* XIII. *2. Sam.* XXIV. *1. Reg.* XIX. *Zach.* I. *Matth.* XXIIX. *Luc.* I, II, &c.

(x) *Dan.* VII, 10. *Matth.* XIIX, 10. *Hebr.* I, 6. *Pſ.* XCVII, 7. *Gal.* III, 19. *Luc.* II, 10.

ma altaris descendit? Qui Dux erat populi Israelitici, Zachariae apparebat in templo? &c. Iam demum ratiunculis quibusdam & præceptis hypothesibus pertinaciter negare velle, Spiritum assumto corpore apparere, & ita sensibili modo cum hominibus agere posse, cum manifesta sit litera sacræ Scripturæ, tam stulti & malitiosi est animi, ut nulla spes fere superstit revocandi ad veritatis limites; cum præsertim e sacra Scriptura id quoque constet, angelos esse *Spiritus potentissimos*, (y) qui proinde corpora assumere, terminare & varias figuras dare potuerint naturali potentia. (z) Alias philosophico instituto indagare solicitius modum, quo apparere, & effectus in corpore edere potuerint, haud nefas fuerit, modo non veritati primæ conatus resistat.

§. VI.

Cum vero nec naturam suam deposuerint boni angeli, nec ministeriis s. officiis suis privati sint, per se patet, adhuc hodie sensibili specie apparere posse, opemque ferre hominibus: immo fieri id adhucdum, & nostris temporibus sæpe factum esse, subinde singulari Dei provisu, constat ex historia fide digna. Neque in exemplum addu-

Adhuc nostra ætate angelos bonos sensibili modo versari inter homines, & effectus sensibiles edere singulari Dei provisu.

(y) *Psalm.* CIII, 10.

(z) Conf. *Io. Ad. Osiander Theol. Cas.* p. 526.

adducam h. l. Socratem, de quo *Plutarchus*, (a) quod ſæpe amicis dixerit: *præſentem a ſe ſpiritum aſſidue percipi, qui & a malefactis, & a periculis ipſis antevertat.* Sed nec illud *Bodini* in Libro de *Dæmonomania Magorum*, (b) ubi ait, ſe ex homine, qui adhuc vivat, audivisſe ſpiritum quendam eſſe aſſiduum ipſius comitem, quem cœperit agnoſcere, cum annum fere trigeſimum ſeptimum ageret, de quo porro ibi narrat, quod ipſum bonus Spiritus ad omnia pietatis officia excitaverit, qui tandem cum Deum rogaſſet, ut ſibi ſpiritum illum miniſtrum monſtraret, ſuper lecto puerulum, veſte alba, in purpureum colorem inclinante, indutum, vultu formaque admirabili, conſpexerit. Sed e Proteſtantium Hiſtoriis illud obſervo, quod B. *Pfeifferus* (c) ex Melanchthonis ſcriptis recitavit, quomodo nempe A. CIↃIↃXXIX. *Philippus* hic & *Simon Grynæus* Spiræ, durante ibi conventu Proteſtantium & Catholicorum, moniti ſint de ſummo periculo, Simoni a Pontificiis intentato, idque factum a Viro quodam penitus ignoto, nec deinceps unquam viſo, vel explorato: angelo pro-

(a) in libello de *Dæmonio Socratis.*
(b) L. I. c. II. p. 20. ſqq.
(c) in *Anti-Enthuſiaſm.* p. 28.

procul dubio, a Deo missō, ad eripiendum Grynæum è vinculorum destinatorum ipsiusque vitæ periculo; quomodo sane impletum est illud *Psalmi* XCI, 11. *Angelis suis præcepit de Te ad custodiendum Te in omnibus viis tuis.* Quod & ipse *Pfeifferus* expertus est singulari Dei beneficio, missione nempe angeli acclamantis, & nominetenus sonora voce *Augustum* compellantis, è somno excitatus, ignis, jam lectum, in quo decumbebat, comprehendentis, flammas evasit. Conf. quod *Spizelius* annotavit de *Jac. Reyhingio*, (d) & alia plura apud exemplorum Collectores.

§. VII.

Ex quo tamen nequaquam sequitur: posse quempiam extraordinarias ejuscemodi Dei dispositiones ac revelationes per bonos illos spiritus expetere a Deo aut expectare. Nam *primo* temerarium & impium est, a Deo exposcere ea, quæ singulari, nec nobis cognito consilio pro summa sapientia ac potentia aliquando disponit & ordinat, super quibus vero nulla unquam promissio facta est nobis, aut mandatum datum, ut in fiducia erga Deum, & nomine Jesu petere queamus. *Ne existimet homo ille, se quicquam*

Non tamen a Deo expeti posse ad thesauros detegendos.

C *acce-*

(d) in *Templo honoris reserato* p. 69.

acceptum a Domino, Iacob. I, 7. Nec *secundo* ulla spes concipi potest ex eo, quod Deus piis hominibus, in viis suis ambulantibus aliquando singulari & mirabili modo per ministrationes spirituum subvenit in instanti periculo; fore, ut extra vias evagantibus & *carnalia* agitantibus *consilia* simili ratione succurrat. Quid enim? annon perversæ cogitationes & carnalia penitus sunt de sideria thesauros in terra abditos angelorum opera mirabili effodere seque ditescere velle? Promisit Deus benedictionem suam orantibus, & pro modulo vocationis laborantibus. Istum DEI ordinem legemque transgredi, & extraordinaria DEI ac mirabilia Cœlituum advocare subsidia, in dedecus Creatoris, ipsorumque spirituum contemtum vergit, utpote quorum ministeria sunt divina, (c) quippe a DEO ordinata & emissa; at Deum extraordinario quodam & admirando modo dispositurum angelorum suorum ministeria ad hominum vanorum libidines, profanaque consilia explenda, simpliciter sanctitati ipsius & Majestati repugnat. *Tertio* in summum se periculum praecipitant, qui ad ejuscemodi consilia angelorum opera requirunt: nam cum *Satanas in angelum lucis* se figura

(c) *Hebr.* I, 14.

figurare queat & ſoleat, (f) facile pro albo, ut ita loquar, id eſt, bono angelo, atrum & malum obtinent ad perniciem ſuam. *Quarto* via ſternitur manifeſto ad idololatriam: nam cum ejuscemodi theſaurarii, ut ita loquar, angelos ſ. ſpiritus bonos ad ſcopum hunc ſibi conciliare ſtudent; id non fit ſine ſubjectione aliqua ſuperſtitioſa pro beneficio exhibendo & exhibito, cui vero repugnat clarum DEI verbum. (g)

§. VIII.

An in noſtro Caſu quaeſitum fuerit a Deo & bonis angelis auxilium? ubi primo rationes pro affirmativa.

Sed nec de noſtris *Theſauripetis* dici poteſt: eos a *bonis Spiritibus*, angelis nempe, DEI opem quaeſiviſſe aut quaerere voluiſſe. Etſi *primo* in genere de *ſpiritibus* loquantur, nec determinate de malignis p. 3. 4. vocant *praeterea* ſcientiam ſuam evocandi & conjurandi Spiritus eine Geiſt-Kunſt/ quam *Theoſophiam pneumaticam* Relatio p. 5. appellat: quaſi nimirum, ut illi quidē putabant, ars ſit divina, divitiarum gratia acquirenda. *Tertio* memorant principem ſpiritum in ſole *Ochum*, cum ſpiritus non in ſole habitent: *quarto* ſpiritum Nathael ſub illo principe inſigniunt p. 9. *quinto* ſuperliminaribus ſanctiſſimum nomen TETRAGRAMMATON

(f) 2. *Cor.* XI, 14.

(g) *Col.* II, 18. *Apoc.* XXII, 9. & XIX, 20.

inſcribunt: Precantur Orationem Dominicam, tanquam in nomine Iehovae rem ſuam auſpicaturi. *Sexto* p. 16. muniunt ſe ſigillis adverſus malos ſpiritus p. 17. *Septimo* ſanctiſſima Dei nomina compellabant, *Adonai*, *Iehova*, immo *octavo* Salomonis Regis *claviculam*, quam vocant, inter ſubſidia artis ſuae numerant p. 8. Si enim recte rem inſpiciamus, & circumſtantias conſideratius penſitemus : patebit, eos nullo modo DEum voluiſſe ſibi conciliare cum bonis angelis.

§. IX.

Reſpondetur ad rationes & oſtenditur theſauripetarum deteſtabile conſilium ex ipſis circumſtantiis.

Equidem fuere, qui etiam malorum Spirituum effectus & opera mirabilia, perque inſtrumenta ipſorum patrata ad ipſum DEum, tanquam Autorem retulerunt, vel ad bonos angelos, quos per excellentiam vocant *ſpiritus* ſed non ſine DEI blasphemia, utpote qui per ejuscemodi hypotheſes in DEum malignum malignorumque Diaboli operum conſortem & colluſorem mutatur. Neque hoc loco temerarii noſtri theſaurifoſſores DEum ſincere & cum fide ac religioſa ſubmiſſione ſuſpicere potuerunt vel voluerunt. Nam *primo* norant, & noſſe debebant, DEum angelosque bonos non moveri vel conciliari per enunciatas adjurationes & citatio-

tationes, quales hi miſeri proferebant. Vid. p. 17. & 18. Cum neque Majeſtati ſummae DEI conveniat; immo ne cogitari quidem de eo debeat, neque ſanctorum angelorum excellentiae, neque libertati ipſorum nobiliſſimae, pati ſe ad certa quaedam ſuperſtitioſa blasphemaque verba citari & comparere. Precibus exorandum eſt a DEO, quo opus habemus, non vi extorquendum. *Invoca me*, inquit Dominus, *in die anguſtiae, & eripiam te, & glorificabis me. Pſalm.* L, 15. DEI verbo niti debet fiducia noſtra, non ficto & ſuperſtitioſo, juxta illud *Pſalmi: quaerite* (ſc. dixiſti) *facies meas; itaque facies tuas, Iehova, quaero. Secundo* ex hoc quoque, ſi recte attendiſſent, conſilii ſui indolem dijudicare potuiſſent ſtulti homunciones: quod Principem ex regno ſolis, Ochum, ad mandata Nathaeli, ſubdito, danda circa theſaurum, & ejus auxilium implorant; quod inſtitutum meras deceptiones fraudesque Diaboli ſapit. Nam neque ex Scriptura, neque lumine naturae, aliquid noſſe poterant de Republica illa ſpirituum, multo minus de nominibus eorum & imperio aliorum in alios, & habitaculo ac regno Solis: unde non niſi è Diaboli ſuggeſtionibus jam olim apud ethnicos efficacibus ad

apostasiam a DEO & Domino nostro JESU Christo, & provehendam idololatriam emanare poruerunt. Huc sane tendebant gentilium deliria, quando spiritus variae naturae, variarum occupationum & beneficiorum fingebant, ut supra notavimus. „Si enim ejuscemodi den„tur v. g. aërei, aquei & terrestres, item superio„res, qui superiora elementa inhabitent, & „cœlestes, qui cœlum empyreum inhabi„tent, vel in sideribus locum suum habeant, quo respicit ille fictus solaris *Och*: si appareant hominibus & illis sese adjungant, qui fructibus agrorum in lucem promovendis praesint, thesauris incubent, magna beneficia possessoribus conferant, quî non movebitur ὄρεξις illos adeundi, consulendi? Hinc & *Henricus Nollius* Physicae Hermeticae Autor ex *Paracelso* scribit: **Wer sich zu ihnen verbindet und verschreibet/ dem geben sie Kunst und Gelds genug: sie wissen auch unsern Sinn und Gedancken/ damit wir sie denn leichtlich bewegen/ daß sie zu uns kommen.** Conf. *Io. Ad. Osiander.* in Theol. Cas. (h) Unde *tertio* si rem recte aestimemus: in ejuscemodi implorationibus & evocationibus adjuratoriis *colluso cum diabolo* s. genio infernali satis manifeste se prodit, ut infra amplius

(h) p. 479.

plius oſtendetur. Nam cum tenebriones illi, theſaurifoſsores, ad minimum non certo fundamento nitantur, DEum ſibi propitium eſse in hoc negotio, ſive angelos bonos conciliari, ex adverſo potius ex memorata modò Nathaelis & Ochis evocatione aliisque circumſtantiis concurrentibus ad minimum augurari vel ſuſpicari potuerunt, malum infenſumque DEO genium ſubeſse debere, cujus auxilium implorent; Et ita tacite jam in Diaboli opem & auxilium conſpirabant, juxta illud:

Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.

§. X.

Alia fundamenta adverſus theſaurarios.

Quarto quam deſperata itaque, quamque injurioſa in DEum, *Creatorem* & *Regem* noſtrum, eſt machinatio iſthaec, qua inſuper habita eius providentia rerumque directione, uti vel è ſcriptura, vel naturae lumine nobis conſtat, ad malorum geniorum opem & auxilia vel *directe* & *immediate*, vel *indirecte* & *interpretative* decurritur! *Annon populus DEum ſuum quaret, ſed pro vivis mortuos? id eſt*, idola erunt pro DEO? Quo pertinent Diaboli, qui Dii non ſunt. *Eſa.* VIII, 19. Nimirum non in rebus tantum, ſalutem aeternam concernentibus, ſed & temporalibus ad ſolum DEum confugiendum

dum eſt, ſolique DEO ſerviendum, ut ait Chriſtus *Matth.* IV, 20. *Ierem.* XVII, 5. 7. *Maledictus Vir, cujus cor a Iehova recedit; benedictus vero, qui confidit in Iehova, ut ſit Iehova fiducia ejus.* Ex his fontibus ſine dubio *primum* promanarunt mandata illa divina pœnalia de incantationibus, pythonibus, hariolis &c. (i) Neque excuſat, quod nominum divinorum mentio fit in recitatione verborum adjurationis: tanto magis enim delicti turpitudo hinc eluceſcit, dum nomen DEI turpiter profanatur adverſus graviſſimum DEI praeceptum: *Non profanabis*, vel *non aſſumes nomen DEI tui in vanum. Exod.* XX, 7. Ubi vix deteſtabiliorem profanationem nominabis, quam hanc, qua ipſum nomen DEI immediate in ejus dedecus & deheneſtationem, & ad evocandas hoſtis infernalis fraudes pertrahitur. Hinc ipſe *Cornelius Agrippa*, (k) quem *Delrio* in Diſquiſit: Magicis cum aliis *Archimagum* vocat, fatetur, *ſaepiſſime ſub DEI & Angelorum nominibus malis Daemonum fallaciis homines obſtringi, & eo periculoſiora eſſe hic conſilia, quo apparent impe-*

(i) Vid. *Deut.* XIIX, 10. 11. & Commentatores ibi; item *Eſa.* VIII, 19, *Lev.* XIX, 31.

(k) Lib. de *vanitate ſcientiarum* c. 46.

imperitis diviniora: quo nomine *theurgiam*, quam vocant, rejicit. Conf. *Delrio.* (l)

§. XI.

Adhuc aliae rationes.

Si finem *quinto*, quem miseri hi homines sibi destinaverant, rectius ponderassent, *divitiarum* nempe *captationem*, facile potuissent animadvertere, a Diabolo, vel quovis malo genio non posse expectari *thesaurorum dispensationes*: nam si hoc in ipsorum facultatibus positum esset, thesauros colligere & distribuere hominibus; summum benignissimae providentiae divinae argumentum, & momentum ordinatae vitae inter homines periret, ingensque praesidium praemiorum dividendorum in manum Diaboli resignatum esse censendum foret, quod omnem sanam religionem tollit. Unde recte *Petrus Grillandus*, cujus integrum locum enotavit B. *Spizelius* (m) has Diaboli fraudes circa eruendos dandosque thesauros vocat fœdissimas deceptiones & fraudes. Comprobavit *sexto* veritatem eventus: vel enim promissiones Diabolicae ita in fumum abiere, ut nihil prorsus praestiterit illis amicis suis malus genius, sed umbram pro corpore, lignum pro auro,

(l) *Disquisit. Mag.* L. II. Qu. II.

(m) In der gebrochenen Macht der Finsterniß p. 70.

ſtercora pro gemmis dederit; vel aliunde furto ſurripuerit quaedam, quae in mancipia ſua transtulit; quod tamen non niſi raro, & ex arcanis, juſtiſſimis tamen, DEI cauſis, factum eſt: vel in mediis occupationibus theſaurarios ſuos oppreſſerit, aliquando etiam ſub ſpecie divini pacti, non accurate ſervati; vel in ſummam paupertatem per varios caſus fraudesque praecipitaverit, ut recte *Bodinus* in *Daemonomania* (n) ſcripſerit: *Quicunque divites ſe addicunt rebus Magicis, ut divitiis augeantur, fere in paupertatem abeunt, egentes vero tota vita paupertatem perferunt.* Nec male ſubjicit: *Bona dicuntur in Sacra Scriptura benedictiones, quia dantur a DEO, uti Jacob munus de gregibus, quos ipſi DEUS juſte dederat, Eſavo fratri offerens, accipe*, inquit, *de benedictione, quam dedit mihi Dominus. At cur theſauros humi conditos ſuis mancipiis non impertitur Satanas? Cur fame ſinit emori? cur panem mendicare miſere? Certe nec aliter vult DEUS, nec Diabolus poteſt.* Recte utique & vere. Poterat hic quaeſtio inſtitui de noſtris theſauripetis, qui in propoſito ſuo, re infecta, perierunt: *An, Diabolo peculiariter procurante & operante, mortem oppetierint?*

(n) Lib. III. c. 3. p. 258.

rint? Quam quaestionem vero infra commodius tractabimus. Nunc ad exemplorum Collectores *remisisse* suffecerit: *Remigium*, *Osiandrum*, *Bodinum*, *Spizelium* ll. cc. Quibus nos deinceps commodiore occasione subjicemus exempla ab his non observata.

§. XII.

Dubium de daemoniis terrenis solutum.

Equidem obtendi poterat, *virunculos* illos *metallicos* (**Berg-Männlein**) qui tamen non nisi daemones sunt, saepe magnos terrae thesauros detegere, vel saltem non nocere thesauri fossoribus, sed laetos circumcursitare in fodinis, tripudiantes quasi super effossione metallorum, adeoque DEUM per malos genios aliquando thesauros dispensare. *Respondetur primo*, non sequitur: si aliquando daemonia mala aliquid permissu DEI in hominis usum detegunt, ea propterea implorari, aut ad officium illud adjurari posse. *Secundo* si Diabolus aliquid thesauri in speciem praestat, tamen Diabolicum venenum semper subest, *id est*, ex proprio id addit, ut decipiat, & securiores opprimat; alio tempore vel turbat operarios, vel exterret saltim. Tales in fodinis quibusdam versari, tradit *Georgius Agricola*, quem non sine ratione eruditissimum & acerrimum rerum me-

tallicarum inveſtigatorem vocat *VVierus* (o) idem, qui exempla *Annaebergici Daemonis*, *Schnebergici*, & *Cobalorum*, qui vocantur, explicuit, quorum prior *duodecim operarios* flatu interfecit in ſpecu, qui *Corona roſacea* appellatur. Cui non diſſimilis conatus ſpectri Diabolici fuit, ſi *Krempio*, cuſtodi, & *Beyero* in *Relatione* Principali p. 25. fides habenda: quorum prior teſtatur expreſſe, ſe *ſpectrum, pueri ſeptem vel octo annorum ſpecie, vidiſſe*, qui aliquamdiu hinc inde ſe motitaverit, & per tugurioli januam ſenſibilem admodum halitum efflaverit, haud dubie omnes eodem in tuguriolo ſuffocaturus, ſi quidem divinum Numen permiſiſſet. De *Cobalis* ſ. *virunculis montanis* idem obſervavit, quod aliquando ſocietatem cum operariis, & negotioſos ſe ſimulent, ſed ſine effectu; graviter vero laedant laceſſiti, & vel propter cachinnos duntaxat. Ita videmus, ſpiritum deceptorem varias artes exercere, variasque figuras induere, variaque captare conſilia, tantum ut noceat & in retia ſua trahat imprudentes. *Tertio* nec eadem dijudicandi ratio eſt caſuum, ubi juſſu Magiſtratus, qui jus habet territorii, & in illa, quae in eo continentur,

(o) L. I, de *praeſtigiis daemonum* p. 89.

tur; ordinaria via mediisque, thesauri vel ipsius naturae, vel studio abditi, fossorum opera extrahuntur; & illorum casuum, ubi daemonum auxilia & media magica quaeruntur. Ibi enim, in priori genere, precibus & fideli opera res perficitur, & ingentes auri & argenti thesauri ex abditis terrae eruuntur in usum communem humani generis, etsi cacodaemon invidia plenus erga homines sua subinde terriculamenta immittat. In hoc posteriore vero genere, ubi operarii nec justae vocationi innituntur, nec DEO se committunt, sed cum malignis geniis colludunt, conatus non potest nisi tristem nanciscì eventum.

§. XIII.

Septimo lucem ausui thesauripetarum fœneratur usus subsidiorum, quibus instructi erant. Relatio, Principali autoritate edita, mentionem facit *Claviculae Salomonis*, Filii Davidis, & *Fragmenti* MSti sub titulo: *Requisita ad citationem spirituum necessaria*, quem librum *VVeberus* nuncupabat *Fausti* **Höllenzwang.** Nec mirum est, ejusmodi homines, cum malis geniis commercium habentes, vel habituros, jactare antiqua Patrum piorum monumenta, vel ab aliis speciosis his titulis falli, sicut nostri

Septimum fundamentum, unde detestabile thesauripetarum consilium apparet, ubi de Clavicula Salomon. & Fausti **Höllenzwang.**

tenebriones, *Claviculam Salomonis* jactantes, quale quid Salomonem Regem ſcripſiſſe falſiſſimum eſt, nec ullo antiquitatis teſtimonio probabile. Et ex ipſius ſcripti futilitate fraus patet, quam pridem detexit *Baptiſta Segnius.* (p) Sic retro prorſus ad ipſum Adamum usque adſcendunt *Bibliothecarii Magici*, ejusque Angelum quendam cuſtodem, ſi Diis placet, qui fundamenta ſuppeditaverit Magiae. *Enochi* inprimis monumenta laudant, quae in hoc genere Magiae ſcripſerit, cujus vero figmenti vanitatem exacte diſcuſſit *Bangius* in *Cœlo Orientis.* (q) Recurrunt etiam *Kabbaliſtae practici* ad illas nugas, ſuasque artes magicas illis veſtire tentant, quanquam haud abs re viri, antiquitatis orientalis remotiſſimae periti, jam Sabaeos tempore Abrahami cum idololatria Magiam Diabolicam exercuiſſe, & monumenta magica ſcripſiſſe notent, quorum aliqua recenſet *Maimonides* in *More Nevochim.* (r) Addatur *Hottingerus* in *Hiſtoria Orientali.* (s) Unde etiam conjiciunt: illa Scripturae loca, *Deut.* XIIX, 10.

(p) Lib. de *vero ſtudio Chriſtiani* c. 7.
(q) *Exercitatione* I. tota.
(r) part. III. cap. 29.
(s) Lib. I. cap. 8. de *Relig. Sab.*

10. ſqq. & *Levit.* XIX, 26, 31. maxime Sabaeis illis oppoſita eſse, quibus DEUS divinationes, praeſtigias, magiam, hariolationes & veneficia prohibuit, & ejusmodi profeſsos è Republica penitus vult remotos. Quod attinet *Fauſti foetum*, quem vocat **Höllenzwang**/ ex praetenſo Autore, *Archimago* & *Incantatore*, cujus farinae ſit? dijudicari poteſt. Nihil vero certi ſuppetit de *Fauſto* illo famoſo, & cordati viri pro fabula Hiſtoriam iſtam a bono *VVidmanno* concinnatam declarant. Vero ſimile eſt, in exemplum & terrorem maleferiatorum ſtudioſorum librum conſcribillatum eſse eo tempore, quo artes magicae admodum invaleſcebant, & ſpiritus familiares paſſim affectabantur a Cultoribus literarum. Vid. *Oſiander* de *Magia* (t) & *Io. Ge. Neumann*, **in der Betrachtung des ſogenannten** Fauſti; qui tamen & ipſe percenſens fabulam errat, dum ſaepius **Kuntling** pro **Knittlingen** ſcribit, iſtumque pagum patriam Fauſti fuiſse falſò putat, ac *VVittenbergam* pro *VVürtemberga* a quibusdam eſſe ſcriptum autumat; quod & ipſum ſine omni fundamento aſſeritur. Vid. *Oſiander* de Magia l. c. Quanquam vero illa *Fauſti hiſtoriola*

(t) p. 73.

la (u) memoret, hominem iſtum apparatum haud exiguum Librorum magicorum, queis conjurationes ſpirituum, ſuperſtitioſi characteres & libri continentur, collegiſſe avideque legiſſe, non tamen librorum, ab ipſo conſcriptorum, meminit. Interim ex his theſauritoſſorum noſtrorum praeſidiis conſtat manifeſto, magicis artibus fuiſſe deditos, & in id ſtudium curamque incubuiſſe, ut in illis informarentur, magicisque notionibus imbuerentur: *VVeberum* inprimis, Studioſum, lucri cauſa ejusmodi libros venales propoſuiſſe, cum potius concremandi fuerint, praevia Scriptura Sacra, in qua legimus: *Epheſi multos ex iis, qui curioſa* (περίεργα) *exercuerant, comportaſſe libros, & exuſſiſſe in conſpectu omnium.* (x) Conf. *Oſiander* (y) & *Delrio*, (z) qui rectè ſcribit: Non poſſe ad homines transmitti, nec legi, nec retineri: ſed eſſe igni tradendos, quanquam deinceps quaedam addat, quae ex domeſtica hypotheſi, *id eſt*, pontificia, fluunt.

§. XIV.

(u) Norimbergae recuſa cum annotatis *Pfitzeri* P. I, c. 3.
(x) *Act.* XIX, 19.
(y) §. 136.
(z) *Disquiſit. Mag.* l. c.

§. XIV.

Octavo apparatus clinodiorum, *ist est*, mediorum magicorum, qui apud thesauripetas inventus est, satis testatur de consilio maligno: nam, ut *Relatio* habet, inter alia, apud *VVeberum* in mensa tugurioli expositа, jacebant characteres magici, sigilla magica, quibus certae figurae impressae, voces superstitiosae & barbarae, figurae Druidum, sententiae ex verbo DEI v. g. *Vincit Leo de tribu Iuda*, nomen sanctum *Adonai*: Rosarium pontificium: scripta magica, de quibus supra: Evangelium Iohannis &c. Neque vero in promtu tantum erant illa media, sed ex parte vis illorum ab ipsis credita & applicata. Sic *VVeberus* manu rosarium superstitiose gestabat: idem superliminaribus *Tetragrammaton* inscripserat, praeterea confessus est characterum vim ex libro **Höllenzwang** ad amatorios ignes puellarum accendendos: sic de sigillo plumbeo magnam quandam inque manuscripto expressam vim jactitabat: Sic circulos ducebant, verba adjuratoria enunciabant, ut supra. Huc pertinet superstitiosus nummorum ejusdem figurae numerus. Haec & talia manifesto collusionem cum Diabolo indicant. Nam *primo* quid illae figurae, signa, sigilla &c.

Octava ratio, ubi de Sigillis & Characteribus.

efficaciae vel virium habere possunt ad evocandos spiritus, thesaurorum indices & datores? nihil prorsus neque naturalis virtutis inde a creatione rerum inditum, neque supernaturalis a Deo extra ordinem concessum: non illud, quippe neque materiae isti, neque formae aut figurae impressae aliquid ejuscemodi virtutis inesse potest: sunt enim per se res inanimatae, certa tantum quantitate determinatae, nullam operandi vim, nedum in spiritus, habentes, ut coerceri possint: non hoc, supernaturale quid: prorsus enim incongruum est divinae providentiae, quae justa & sancta, res mortuas, arte factas &c. praeter naturam suam elevare in obsequium & ministeria Diabolica hominibus profanis praestanda. Unde, si quando effectus aliquis sequitur usum characterum, annulorum, sigillorum vel imaginum, id totum a daemone fieri certum est, & ejuscemodi signa sunt ejus veluti sacramenta, queis sibi vel de novo devincit mancipia sua, vel confirmat, ut nimirum credant: Ipsum ad nutum illorum praesto esse, ut in credulitate sua ac superstitione magis magisque obligentur & adstringantur. Conf. *Delrio*, (a) *VVierus*, (b) *Frommannus*. (c) §. XV.

(a) *Disquis. Mag.* L. I. c. IV. Qu. I.
(b) De *praestigiis* L. IV. p. m. 364.
(c) De *Fascinatione* L. I, P. II. Sect. II, c. 19, 20.

§. XV.

Excipit quidam Anonymus apud Frommannum l. c. „Die Characteres, welche nach himlischer Influenz imprimiret werden/ geschehen „aus Gewalt menschlicher Natur/ welche das „Gestirn meistert/ wie in der heiligen Schrifft „gemeldet wird: Sapiens dominabitur astris. „Wo ein Character etwas würcket/ ists gleichwohl Göttlicher Ordnung nach vor natürlich zu rechnen/ als eines Krauts Tugend. „Wie der Salvien-Geruch von GOTT durch „seine verordnete Mittel herkommt/ also der „Wörter und Character Krafft auch dergleichen. *Rursus*: Omnium rerum tam sub-quam „supra-lunarium, herbarum & characterum nominumque virtutes a DEO oriri. Magum, „omnemque omnino hominem, qui conformem verbo divino vitam agit, tantam per Dei „sapientiam & connatam virtutem habere potestatem, ut non tantum terram, feras „equos & boves ad placitum suum regere, sed „& cœlo, ejusque incolis, videlicet planetis, omnibusque firmamenti rebus imperare & pro „sua voluntate, velut armenta cum gregibus, „cogere queat. Connata itaque sua virtute „magum per verbum s. voluntatem suam cha-

Exceptionibus occurritur, ubi de astrorum influxu in Characteres & Signaturas.

„racteribus ſeparatas cœleſtium vires poſse im-
„primere, iisque Medici inſtar, herba ad mor-
„bum utentis, uti poſse ſtatuit. Conjungit idem Autor imaginationem ceu initium, principium coactivum, vires cœleſtes ſeparatas, & ſubjectum terreſtre, characteres nempe. Sed reſpondetur: I. hypotheſis illa, naturam vires ſuas in verba, in characteres & ſigilla imponere, vel: ſigilla & annulos ſub certo cœli aſpectu ſculptos, de viribus conſtellationis participare, quod *Philoſophi characteriſtici* volunt, ne ſpeciem quidem ullam veri habet, nec probari poteſt. II. Conceditur quidem influxus aliquis ſuperiorum in haec inferiora, & efficacia quaedam, nec vel DEI potentia, vel metallorum virtus negatur; ſed determinatum iſtum influxum cœli in certos characteres unde probabunt? Nonne recipiendi aptitudo requiritur in ſubjecto? quomodo de illa conſtabit? & quomodo è naturalium rerum virtute & efficacia artefactorum vires inferentur? ubinam proportio eſt, quae ad recipiendum requiritur? III. Corpora ſublunaria ex ordinatione Creatoris ſuo modo è ſuperiorum ſ. cœleſtium corporum motu & actionibus dependent, & ab iis varie alterantur, ſed materiae capacitas & paſſiva

quae-

quaedam recipiendi potentia ibi manifesta est; quae vero in verbis, metallis signatis, characteribus, sigillis nulla specie probari potest. IV. *Verba* sunt signa mentis ad communicandos conceptus instituta: ea ultra naturam suam finemque, ad evocandos spiritus & coercendos, dirigere, nugacissimum & stultissimum est. Unde enim quis novit, verba illa, si praesertim barbara sint, nec sensum edant, a spiritu percipi? Unde intentio verba proferentis innotescit? Quo medio intellectui spiritus communicatur intentio dicentis? Quae vis ad cogendum sive determinandum vel alliciendum spiritum liberum? Conf. *Frommannus*. (d)

§. XVI.

Sed ad verbum DEI exactius rem perpendemus: *Argumentamur:* Quae consilia sapienti DEI regimini, gloriae JESU CHRISTI directe adversantur & blasphema sunt, eorum approbatio & effectus a natura, sive in se considerata, sive comparative accepta, non expectari potest. Atqui certis characteribus, signaturis, verbis, figuris, variisque aliis ceremoniis spiritus conciliari posse homini ad cumulandum i-

(d) L. I. P. II. c. 20. & alii Scriptores de Characteribus, in quibus tamen selectus habendus.

psum beneficiis corporalibus, repugnat regimini DEI sapienti & gloriae JESU CHRISTI. E. Assumtionem probamus: I. enim rerum mortuarum & arte factarum, figurarum, variarumque ceremoniarum usui & praxi indere vim praeter ipsarum naturam & praemia, veluti conciliationem spirituum, & varia ac singularia beneficia ab ipsis participanda, index est mentis non sapienter providae, sed superstitionem & vanitatem admodum amantis. II. Inconveniens prorsus est excellentiae spirituum, ad ludicra illa alligari, illis velut subjici, & nobilissimas creaturas Conditoris ad crepundia ista deprimere. III. Comprehendi non potest, cur Benignissimum Numen tanta mysteria, si fuerint, non in Verbo suo vel Lumine quodam rationis manifestaverit, cum tanta vitae humanae auxilia concernant, quae facile ad idololatriam possent seducere. Porrò cum preces in nomine Christi ad institutum evocandi spiritus, auxiliatores, adhibentur, patet, intolerabilē abusum meriti Christi hic versari, utpote quod hîc non per media, in S. Scriptura praescripta, applicatur, sed per superstitiosa & arbitraria inventa, in summum dedecus Mediatoris, Gloriae crucis Christi, quae corrumpitur, dum ejus fructus

trans-

transfertur praeter miſericordis DEI intentionem ad res temere & nugatorie ſuſceptas, evocationem nempe ſpirituum, uti praetendunt: cujus conſilii haud ulla ratio vel e naturae, vel gratiae lumine afferri poteſt: neque e Verbo DEI juxta ſenſum a DEO inſpiratum & media divina applicatur, ſed in meram figuram enervatur, inque ea collocatur fiducia, quod ipſum idololatria eſt. Praeterea Crux Chriſti cum ſignis magicis commiſcetur. Accedit profanatio Nominis DEI & Verbi divini in univerſum, uti non modo è Caſu noſtro conſtat, ſed & aliis ad argumentum hoc pertinentibus. Sic *VVierus* „(e) notat, Magos ita inquirere theſauros: Vir„ga avellanae, tribus ſignata crucibus, conjura„tur non modo ſuperſtitioſe, ſed & impie & „blaspheme: adduntur characteres cum bar„baris nominibus, & in fodiendo leguntur Pſal„mi: De profundis, Miſſa, Miſereatur noſtri, „Requiem, Pater noſter, Ave Maria, & Ne nos „inducas in tentationem, ſed libera nos a malo &c. Quod quid aliud eſt, quam venerabili DEI nomini vim inferre, & ſacroſancto ejus Verbo ad tegendas dæmonii præſtigias in contumeliam DEI & Domini noſtri JESU CHRISTI,

(e) De *praeſtigiis* p. 365.

STI, qui humani generis amore victus illud ipſum verbum Evangelii è ſinu Patris depromſit promulgavitque miſerorum & perditorum hominum cauſa, ut, cum gratia excidiſſent, ex hoc verbo in gratiam ſe receptos diſcerent, haberentque certa & expreſſa divinae erga ſe voluntatis teſtimonia, quibus ſe in veris animorum conſternationibus & ancipitibus diſtractorum ſenſuum fluctibus erigerent & erudirent. Conf. *Peucerus* (f) & ex eo *VVierus* (g) cujus verba in SSacra fundata enotari merentur iſta: De ge„nuino, ait, Sacrae Scripturae uſu ſic *Timotheo* „ſcribit *Paulus*: Omnis Scriptura divinitus in„ſpirata eſt utilis ad doctrinam, ad redargutio„nem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quae „eſt in juſtitia, ut integer ſit DEI homo ad omne „opus bonum apparatus. Item *Romanis*: Ev„angelium eſt potentia DEI ad ſalutem omni „credenti. Ad hos uſus, nimirum ad renovan„dam hominis naturam corruptam traditum „eſt DEI Verbum. Haec praeſtat fide appre„henſum in cordibus credentium, cooperatio „Spiritus S. qui per Verbum efficax eſt, non, ut „mentitur Diabolus, a ſceleratis & impiis ejus mini-

(f) De *divinationibus*.
(g) l. c.

„miniſtris prolatum, alias exerit vires, quam „quo deſtinatum ab initio fuit. Cumque „pronunciet DEI Lex: Non aſſumes nomen „DEI in vanum: non enim inſontem habebit „DEUS eum, qui aſſumſerit nomen Domini, „DEI ſui, in vanum: certiſſimum eſt & irrefra„gabiliter verum, qui ejuscemodi incantationũ, „Scripturae Sacrae fuco velatarum, ritibus & „modis utuntur, certiſſimas eos manere pœnas. Quare ſi qui effectus ſub horum verborum pallio vel vere, vel faſcino videntur conſequi, Daemonis eſſe opus ne dubites. Nec mirum eſt, Diabolum ipſum fucos ejusmodi è verbo, nominibus & beneficiis DEI conquiſitos approbare: fit enim illud in DEI ignominiam, impii inſuper tanto facilius illa ſpecie pietatis ſe decipi patiuntur, & ſic colluſiones ſuas cum daemoniis occultant, quaſi tuentes ſe adverſus Diabolum, qui tamen in hoc ipſo cum illis conſpirat. Accedit hoc loco, quod theſauripetae noſtri ſacra ſimul Feſti Natalitii Chriſti nocte praeeunte profanarunt, loco piae praeparationis & quietis in Domino temerarium & impium facinus aggrediendo.

§. XVII.

Sed jam demum *octavo* tanto expeditior erit Num theſauripetae

pacti sint cum Diabolo?

erit quaestio: *An rustici hi cum Studioso, quique cooperarii ejus fuere, pacti sint cum Diabolo?* Equidem expressam aliquam conventionem in negotio hoc thesauripetarum non reperimus, & collusionem aut pactum cum Diabolo intentum fuisse, *VVeberus*, Studiosus, constanter negat, immo non opus fuisse pacto cum spiritibus, utpote qui suppetias ferant gratis sine pacto, audacter asserit. Et sane si mens hominis illius respicienda sit & intentio, quae fuerit, difficile dijudicatu erit, cum solus DEUS sit scrutator cordium. Ex indiciis tamen externis ipsisque machinationibus & totius negotii contextu haud ita difficile est colligere, quid statuendum sit? Nam certum est *primo* ex Relatione, thesauripetas usurpasse & exercuisse sacramenta diabolica, ut supra dictum. His pactum tacitum inest seu implicitum in eum effectum, ut, qui illis ex praescripto maligni spiritus utuntur, effectum intentum obtineant, comparitionem nempe ipsius, & promtitudinem ad manifestandum non modo thesaurum, sed & eruendum & a praesentibus cum ipso obtinendum. Figurae namque illae, characteres, signaturae, circulorum ductus, abusus sanctorum nominum, verbi DEI & passionis Christi

non

non poſsunt ejusmodi effectum ſortiri per ſe & naturam ſuam, ut ſupra dictum; neceſse eſt itaque, ex maligni ſpiritus impoſitione originem habere & ritus illos, & quod ritibus illis tribuitur: nam bono Spiritui ſ. Angelo lucis ea velle adſcribere, quae in abuſum divini Numinis horrendum, meriti ac crucis Chriſti, uno verbo: contemtum Religionis & reverentiae erga DEUM, graviſſimis erroribus, immo idololatria, ſtultiſſimis & abſurdiſſime compilatis ceremoniis poſita ſunt; non niſi ſtupidiſſimi hominis eſt; Neque ſane hi theſaurarii tam fuere ſimplices, ut haec ignorarint, *VVeberus* praeſertim, Studioſus, quia, omnes perditiſſima aviditate auri & argenti obcaecatos fuiſse, manifeſtum eſt, ut nec prima Chriſtianiſmi rudimenta, nec ipſam ſanam rationem attenderint, ſed in inſtitutum ſuum exequendum ruerint, & ita non inviti cum malo genio, media illa ſ. ſigna conſtituente, conſpiraverint, atque conſenſerint in ſententiam Diabolicam: ſi ritus iſtos perfeceritis; comparebo vobis, & faciam, quae vultis, nempe ut acquiratis theſauros ab„ditos. Explicatius: Si excuſſeritis reveren„tiam erga verum DEUM, & fidem, verbo „Ejus debitam, eumque in finem abuſi fueritis

„Nomine ipſius, & merito Chriſti cruce ſigna-
„to & oratione ipſius, measque leges & prae-
„ſcripta ſervaveritis, ac me Dominum agnove-
„ritis, cui & obſequamini, & a quo bona expe-
„ctetis; faciam, quae vultis, & explebo deſi-
„deria veſtra, ut theſaurorum fiatis participes.
Unde factum contrarium eſt proteſtationi VVeberianae erga me expreſſae, cum in lectulo aegrotus decumberet homo: dicebat enim: non opus eſſe pactum cum ſpiritibus, utpote qui ſine pacto & ſponte ſua veniant, ſi ſupra dicti ritus conſummati fuerint. Enimvero ipſam tractationem & uſum rituum illorum ſuperſtitioſum jam conventionem implicare, cogitare debebat. Ita enim ratiocinari eum neceſſe fuit: per uſum horum rituum cogitur ſpiritus, ut appareat & obſequatur, vel ex ejus conſenſu & inſtituto id fit, ſi rite expleverim ejus voluntatem in ritibus illis. Non prius locum habet: ſpiritus enim intellectu & voluntate praeditos per ſtultos, maleque cohaerentes ritus cogi poſſe ad obſequium, ab omni ratione abhorret, nec vel minimam ſive in Scriptura, ſive in natura ſpeciem habet. E. neceſſe eſt, ut libere & ex conſenſu id faciant. Quid manifeſtius hic eſt conventione Diaboli & theſau-

ſauripetarum : ille ſacramenta ſua impia & in DEUM injurioſa praeſcribit & promittit : hi praeſcriptum accipiunt, & repromittunt obedientiam. Ille ſtipulatur ſibi obedientiam ad impios ritus peragendos : hi reſtipulantur ſibi theſauros acquirendos, neque tantum promittunt apud ſe, ſed etiam praeſtant ipſo opere.

§. XVIII.

Quod ut diſtinctius intelligamus ; repetenda ſunt ſaniora, quae huc pertinent, principia. *Primo* Sacra Scriptura ipſa clare teſtatur : Diabolum ſibi aſſerere poteſtatem & facultatem diſponendi bona temporalia ſive vere, ſive ad decipiendum, & conventiones circa illa offerre. Illuſtre eſt exemplum Chriſti *Matth.* IV, 9. ubi Diabolus ad Chriſtum ait, oſtendens ipſi regna mundi & gloriam illorum : *Haec omnia tibi dabo, ſi proſtratus me adoraveris.* Quod quid aliud eſt, quam oblatio pacti ſ. conventionis ? ubi ex parte Chriſti Diabolus ſibi ſtipulatur adorationem & ſubmiſſionem, pro qua viciſſim pollicetur Domino regna mundi. Famoſus quidem *Bekker* (h) haec reipſa ita facta eſse negat, Chriſtum quippe in ſummo illo exinanitionis ſtatu ſibi finxiſſe, ac ſi revera adeſ-

Deductio amplior.

(h) In *Mundo faſcinato* Lib. II. cap. 21.

set hostis, & contra ipsum pugnaret; sed id Textui prorsus adversatur, & tentationem Christi in merum opus imaginarium detorquet, Christoque insuper imputat falsos conceptus cum tristitia conjunctos, immo impuros & peccato obnoxios, superbiae nempe indices, ejusque motus impuros. Confer, quae *Synodus Edamensis* respondit hîc, & summatim sunt excerpta in Cl. Tentzelii Colloqv. menstr. (i) Adde disertationem, Praeside B. *Osiandro*, Respondente Dn. M. Christiano *Hochstettero*, Tubingae habitam. (k) Docent id etiam historiae fide omnino dignae, quas si quis negaverit, eo ipso simul omnem fidem historicam ejurabit. Priusquam unum alterumve exemplum adducamus, *primo* de indole pactorum diabolicorum quaedam annotanda sunt, ut tanto facilius de nostro casu judicari queat.

§. XIX.

Distinctio pactorum Diabolicorum in expressum s.

Itaque *secundo* observanda distinctio inter pactum *explicitum* & *implicitum*, quam hactenus Theologi & IureConsulti communiter tere

(i) Ad Annum 1692. Febr. p. 109. seqq. Conf. Acta Lips. ad A. eund. ubi prolixius.

(k) Sub *titulo*: Classicum Paulinum ad pugnam spiritualem adversus Rectorem tenebrarum hujus seculi p. 13. seqq.

fere retinuerunt, & adhuc tuentur. Pactum *expreſſum* ſimpliciſſime deſcribitur; arbitraria & deſtinato animo facta conventio cum Diabolo mutuaque obligatio. Quae vero quam vana & ridicula ſit, ex eo facile patet, quod Spiritus malignus ſemel a foedere DEI receſſit ita, ut ſemetipſum implicuerit impoſſibilitati revertendi, itaque averſus ſit a DEO, ut nec velit, nec poſſit vel ad veritatem profitendam ſe adſtringere, vel ad bonum creaturae rationalis aliquid facere. Unde ſtultiſſimi ſunt, qui cum Spiritu deceptore contrahunt, aut aliquid ab eo expectant. Etſi enim aliquando ſpeciem boni fingat; tamen in fundo machinationum nihil niſi perncies hominis latet. Unde & miſerrimi ſunt, qui aliquid a Diabolo boni, veri, expectant, aut pactis ejus confidunt. Eſt enim *Pater mendacii, & mendax ab initio.* (l) Et quanquam ſpeciem Angeli lucis aſſumat, tamen Satanas i. e. hoſtis DEI & calumniator ipſius, & filiorum ejus eſt. Equidem Baro *Valvaſor* in Hiſtoria Ducatus Carniolani, (m) ex profeſſo de pacto implicito acturus etiam pacti explicati varietatem declarare aggreditur, & *ſex ſpecies* enu-

apertum vel directum, & in tacitum vel implicitum: & expliciti ſubdiſtinctiones & judicium de illis, & an ad tertium genus referri poſſit factum theſaurariorum?

(l) *Ioh.* VIII, 44.

(m) Lib. XI, p. 71.

enumerat ex materia diversa: *primum* vocat expressum *corporale*, **das leibliche Pact, wenn einer sich dem Teuffel mit diesem Beding übergiebt/ daß er mit Leib und Seel von einem Ort zum andern übertragen werde/ wie die Mantel-Fahrer und fahrende Hexen/** de quo quidem h. l. num revera ita se res habeat, ut corpora transferantur? non disputamus, quanquam non negemus. *Alterum* pactum expressum vocat *dolosum*, **betrüglichen Verblendungs-Pact, wenn einer vom Teuffel das unsichtbar oder feste werden verlangt/ oder daß er verwandelt werde in einen Wolff/ oder daß er aus der Ferne Zeitungen bringen könne/ wie die Lappen** juxta Schefferum in Lapponia. (n) *Tertium* pactum expressum vocat *superstitiosum*, **den Abergläubischen Bund/ und geschicht/ wenn einer unterschiedliche Worte und** Characteren **die nichts nutz sind/ gebraucht/ nach dem er sie vom Teuffel hat erlernet/** e. g. Si quis a Diabolo edoctus sit ad compescendum serpentem adhibere verba: *Ossi, ossi, sta nequam serpens.* Huc refert pacta *implicita superstitiosa*, **wenn man den Teuffel durch gewisse** Characteren **zu sich rufft.** *Quartum* vocat expres-

(n) cap. 1. p. 151.

expreſſum naturale, wenn jemand mit dem Teuffel einen Pact macht/ daß derſelbe ihn etwas lehren ſoll/ ſo gantz natürlich/ ohne zauberiſche Vermittelung. *Quintum* pactum expreſſum vocat *Pseudoſanctum*, wenn einer vom Teuffel erlernet durch andächtige/ geiſtliche/ oder ſonſt gute Worte etwas zu thun/ als Geiſter zu citiren/ Kranckheiten zu curiren und dergleichen. *Sextum* vocat ſingulare ſ. temporale, welche auf gewiſſe Zeit/ und auf eine und andere Perſonen eingerichtet worden: Wenn zum Exempel die Hexen-Meiſter mit dem Teuffel einen Bund ſchlieſſen/ daß er eine Cryſtall gebe/ darinnen ſie dasjenige/ ſo zu erfahren verlanget wird/ als Diebſtahl/ Mord/ Raub und dergleichen erblicken mögen. Quae vero diſtinctiones, uti patet, materiam concernunt & diſtinguunt, ut plures ſine dubio poſſint eſſe ſpecies, vel harum ipſarum una ſub altera contineri. Sin quaeras: *An in caſu noſtro conventio reperiatur, quae ad unum horum generum referri poſsit?* Reſpondemus, equidem, ad *tertium* referri poſſe, videri queat, id eſt, ad pactum *ſuperſtitioſum*, quia theſauripetae verbis & characteribus uſi ſunt, quos a Diabolo didiciſſe videntur; non tamen imme-

diate ab ipso Diabolo didicisse constat; unde rectius ad pactum *implicitum superstitiosum*, quod Autor vocat, referas: malum enim genium certis characteribus & ritibus ad se vocarunt, qui cum effectu suo, ut ita loquar, neque a DEO ortum habere, ut supra ostensum, neque ad provocandos bonos Angelos s. spiritus adhiberi potuerunt. Itaque quanquam rituum & characterum illorum descriptionem, item libros huc pertinentes non immediate a Satana acceperint, sed partim a parentibus, ut *VVeberus* quidem ait, jure haereditario (**das heißt recht den Teuffel im Erbe bekommen**) partim ab aliorum informatione; tamen originem res tota habet a Diabolo, qui effectum inde redundaturum promisit primo paciscenti, sed cum conditione, ut etiam ad alios propagetur. Qui proinde istis ritibus & characteribus utuntur, eo ipso tacite & implicite cum primo autore consentiunt, Diabolo nempe, faciuntque ejus opus, quo a DEO & pietate deficiunt, quicquid simulator fingat.

§. XX.

Qu: An thesauripetae pactum naturale implicitum fecerint?

Sed de pacto hoc implicito & tacito nunc dispiciendum amplius. Quaeritur: *An thesauripetarum delictum, in usu signorum & cha-*

characterum conſtitutum, ad pactum Diabolicum, naturale implicitum, referri queat? Quae quaeſtio ex eo fundamento decidenda eſt, quod homines iſti magiae ſtudioſi vel totum ſuum inſtitutum haud aliter conſiderarunt, quam ut naturale quid, ſeu quod, operatione naturae interveniente, deſiderati effectus participes fieri queant: quod vero fieri non potuit, ſi leviter tantum rationis uſum adhibuerint, uti ſupra commonſtratum; vel ita ratiocinati ſunt, ſe ritibus iſtis & characteribus ſupra naturae ordinem ſpiritum adepturos, qui etiam ultra & praeter naturae agendi modum ipſis theſauros daturus ſit: quem ſpiritum vero non niſi malignum, ut ſupra, credere potuerunt. Priore remoto, alterum ſtabit, & exiſtimandum, omnino theſaurarios noſtros craſso & nefando pacto implicito contaminatos eſse: non enim cogitabant duntaxat de mediis illis & ſymbolis, characteribus nempe & ritibus, ſed ipſo facto in uſum & praxin deducebant, ſeque in eo ſpiritus maligni voluntati ſubjiciebant, expectantes comparitionem ejus, & porro facturi, quae praeceperat: quomodo & ipſum praeſtiturum, quae deſiderabant, ſibi promiſere: ſive autem naturaliter id praeſtiturus eſset, ſive praeterna-

turali modo, perinde est, nec absolvit a pacto, ad naturale tamen tunc demum referendo: si media naturalia fuerint, quod hic loci non ita se habet. Vide, quae de pacto hoc naturali disputat *Erasmus Franciſci* adversus Baronem *Valvaſorem*. (o)

§. XXI.

Implicitum quid? distinctio ignorantiam vincibilem, & celebre exemplum ignorantiae invincibilis: applicatio vincibilis ad casum: & assertio: reos esse thesaurarios pacti impliciti voluntarii; & intendisse pacta expressa.

Ut vero tanto clarius de pacto hoc implicito constet, dicimus cum Autoribus in hoc argumento occupatis: *Pactum implicitum* (occultum, interpretativum & indirectum) esse, cum quis iis utitur mediis, quae alius quis, qui cum Diabolo pactum explicitum iniit, ab ipso accepit, & disciplinam hausit. Conf. *Frommannus*, (p) & *Valvaſor.* (q) Quadrat autem definitio haec plane in factum thesaurariorum nostrorum: nam & hi utebantur mediis illis, quae a Diabolo alius quis pacto explicito accepit: characteribus nempe & rituum illorum magicorum contextu. Dicit quidem *VVeberus* saepe memoratus, se libellos istos, jure haereditario accepisse: sed ita simul imprudens parentem demortuum confoederationis

(o) In notis ad Lib. XI. Hist. *Carniol.* p. 84.
(p) De Fascinatione in Append.
(q) l. c. p. 97.

nis cum Diabolo ſuſpectum facit: cum vel ipſe, vel alius quis iſthaec ab ipſo hauſerit. Quod vero pactum expreſſum intervenerit, per ſe patet: nam cum Diabolus ſtricte urgeat exercitium praeſcriptorum rituum, ita, ut etiam complices, non exacte & ad ungvem iſtos proferentes, occiderit, & viciſſim paciſcentes ſibi ſtipulentur bona a Diabolo obtinenda, pactum ſ. conventio manifeſta eſt. Eſt vero pactum hoc implicitum duplex: *Primum*, quando quis ſciens ac volens ſuperſtitioſis utitur ſignis, quibus uti ſolent Magi. *Secundum*, quando quis ignorans utitur magicis, quia neſcit mala & a Daemone inſtituta. Ubi vero ignorantia vel prorſus *invincibilis* eſt, quando quis caſu in medium vel ſymbolum magicum incidit, & ejus effectum ſentit vel experitur. Quod ſi pio accidat; tamen nocere non poteſt ejus animae, & ſaluti hominis aeternae, ſed juxta cum aliis tentationibus diabolicis aeſtimandum, fieri nimirum DEI permiſſu, ut tanto cautius & prudentius ambulet, quippe ut *leo circumiens eſt &c.* (r) nec rationem pacti impliciti ingreditur. Exemplum inſigne (quia maxime ad rem praeſentem in eo facit, quod abditos theſauros con-

 cernit)

(r) 1. *Petr.* V, 8.

cernit) enotabimus ex Dn. *Leuckfeldii*, Paſtoris apud Groeningenſes primarii, *Chronico VValckenredenſi*, (s) quod etiam Dn. D. *Behrens*, celebris, dum viveret, Medicus Northuſ. excerpſit.

(t) Im Kloſter Walckenried / ait, iſt über dem Mönchs- oder Creutz-Gange ein Saal / welchen man den Zauber-Saal nennet / weilen ſich darauf zu der Zeit / da noch daſelbſt eine weit berühmte Schule geweſen / nachfolgende wunderliche Sache mit einem Knaben oder Schüler zugetragen hat; Nemlich es iſt einsmahls an gedachtem Orte von den Knaben zur Luſt ein Zeichen geleget worden / um zu verſuchen / wer unter ihnen darüber / und am weiteſten ſpringen könne; in dem nun ſolches geſchicht / trägt es ſich zu / daß ein Knabe / ſo dem Bericht nach von Ellrich ſoll bürtig geweſen ſeyn / und mit Nahmen Damius geheiſſen haben / darüber auf einen gewiſſen Platz ſpringet / und nicht wieder davon kommen kan / es mögen denſelben auch die mitſpielenden Knaben reiſſen und zerren / wie ſie wollen; Dieſerwegen zeigen etliche derſelben ſolches dem Rectori an / welcher denn kömmt / und den Knaben noch

(s) Ad Annum 1616. p. 169.

(t) In ſeinem curieuſen Hartz-Walde p. 193.

noch unbeweglich antrifft/ kan ihm aber so wenig/ als die Knaben/ helffen; es fällt ihm aber bey/ daß solches von einer zauberischen Beschwerung herrühren müsse/ und sagt dem Knaben: Er solle fleißig um sich schauen: ob er etwa eine Schrifft oder Zeichen erblicken könne; welches der Knabe thut/ und wird über sich einen Circul gewahr/ siehet auch an der steinern Wand nach Osten eine Griechische Schrifft/ gegen Süden aber etliche Characteres stehen/ welche er theils herlesen/ theils beschreiben muß/ woraus der Rector verstehet/ daß in der Mauer ein Schatz verborgen sey/ und derjenige/ welcher zu der Zeit/ da solches geschehen/ mit seinen Füssen den auf die Erden gemachten Punct berühren würde/ die Schrift sehen und das Verborgene offenbahren solle. So bald der Rector dieses verstehet/ wird der Knabe wieder loß/ und gehet aus dem beschwornen Circul heraus/ wohin er will. Hierauf zeiget der Rector solches an: Da denn nach dessen Anweisung gesucht/ und ein steinern Geschirr mit Gelde eingemaurt gefunden wird. Solches Geld soll sehr dinnen Schlages/ auch so groß/ als ein Orts Rthlr. gewesen seyn/ und hat man dasselbe hernach mit

dem

dem Geschirr Hertzog CHRISTIAN LUDWIG/ Christ-mildester Gedächtniß/ nach Zelle übersendet. Der Ort/ wo solcher Schatz gestanden/ wird noch diese Stunde denen Curiosis gezeiget/ und ist ein viereckigtes auf gedachtem Saal in die Mauer gemachtes Loch/ welches mit Steinen sowohl gefüget ist/ daß man solches mit andern Steinen künstlich hat zuschieben/ und mit Kalck überstreichen können. Auf diesem Zauber-Saale/ pergunt memorati Autores, ist Ao. 1687. Herr D. Weitz/ Hoch-Fürstl. Sächß. Rath/ Leib-Medicus und Bürgemeister in Gotha/ mit einigen andern gegangen/ um daselbst aus curiositæt die Metall-Ruthe zugebrauchen/ da sie denn nicht weit von gedachtem Loche starcke Züge der Ruthe angemercket/ haben aber wegen grossen Schreckens/ so ihnen allen ankommen/ ablassen müssen: Denn es an hellem Tage etwas dunckel um sie geworden/ und obgleich keiner den andern feig gemacht/ sind sie doch alle erblaßt gewesen; Derowegen sie sich bald wieder in Sicherheit gerettet/ allwo sie einander fast gleichförmig erzehlet/ daß jedem gewesen/ als wäre ein Wind durch ihn hingegangen/ und sie mit den Haaren biß an die Decke

cke gezogen worden/wie ſolches Herr Sam. Reyherus in Diſſertatione Iuridico-Philoſophica de Nummis quibusdam ex chymico metallo factis cap. 36. §. 20. p. 135. ſqq. aus Herrn D. Weitzens Epiſtel angeführet. Conf. *Tenzelius* in Colloqu. Menſtr. (u) Quis non videt in hoc exemplo Satanae occulta molimenta ad irretiendos quosvis & involvendos perniciei? cumque hominem non poſſit vi ſeducere ac pertrahere in confœderationem ſaluti damnoſam, fraudibus & decipulis quaſi expoſitis, tentat, quid poſſit, & è longinquo veluti animas attrahit ſpe lucri, ſi vel caſu incidant in ſymbola ſui pacti cum Magis. Vel *vincibilis* eſt ignorantia, ſi modo quis ratione praeditus rem ponderet, & conſcientiam ſuam excutiat. Si ignorantia fuit in noſtro caſu in temerariis hominibus, ſane *vincibilis* omnino fuit, uti conſtat ex circumſtantiis ſupra adductis: poterant enim vel ex ſolis elementis catecheticis, ipſisque principiis rationis noſſe, nec a DEO, nec a natura ejusmodi ſigna & ritus ad illos effectus praeſcribi potuiſſe, unde a maligno ſpiritu eſſe neceſſe ſit. Haud immerito itaque conſilia &

(u) Ad A. 1693. Menſ. Aug. p. 602. ſqq. Ubi hiſtoriam hanc prolixe exhibuit, ſuamque epicriſin ſubjunxit.

facta ipsorum ad *voluntarium pactum* cum Diabolo referimus, cum non tantum consenserint in illa signa & symbola magica, ceu media effectuum magicorum, ut evocationem spirituum & collationem cum illis porro instituendam, quos spiritus sciverunt & scire potuerunt malos esse. Unde porro concluditur: non tantum tenebriones hoc pacto implicito cum Diabolo se involvisse, sed etiam *expressum* quoddam intendisse, si nimirum spiritus evocatus compareret, modo finem intentum obtinerent. Sane enim DEUM ejusque verbum jam deseruerant, & horrendis delictis involuti ad extremos conatus magicos se apparaverant.

§. XXII.

An Magiae rei sint? de voce Magiae, ejusque usu vario.

Ex dictis fluit porro, thesauripetas nostros a *Magiae* crimine prorsus absolvi non posse. Equidem Magiae vox magnam habet amplitudinem, & pro temporum, philosophorum gentiumque vel ingenio, vel decretis & sententiis, vel moribus significatus nacta est varios. Nam & gentem certam Magos dictos fuisse, notavit *Herodotus*. (x) Apud Persas Magi sacra tractabant, & philosophiam profitebantur, de qui-

(x) Lib. I. Hist

(y) Lib. de *Divinatione*.

quibus *Cicero*: (y) *in Perſia augurantur & divinant Magi, qui congregantur in foro commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi, nec quis Rex Perſarum eſſe poteſt, qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit.* Immo & Parthos, Medos, Sacas pluresque gentes ſuos habuiſſe *Magos*, quin & Arabes ſapientes Magos nuncupatos, *Voſſius* (z) è veteribus adſtruit; eos tamen diſciplinam ſuam hauſiſſe a Chaldaeis, recte monet *Stanlejus in hiſtoria philoſophiae orientalis*, (a) quae tum in majore opere, tum ſeparatim cum quibusdam annotationibus & *indice philologico*, *Clerici* opera, prodiit. De Chaldaeis vero eorumque ſtudiis atque progreſſu ex profeſſo egit *Otto Heurnius*. (b) Caeterum jam Chaldaicae Magiae partem fuiſſe *Theurgiam*, *Stanlejus* l. c. memorat, & theurgicos ritus adhibitos fuiſſe ad bonos daemones eliciendos, malos vero averruncandos, è *Iamblichi* loco docet. Nimirum cum nimia curioſitate Magi temporis progreſſu ad ſuperſtitioſa deflecterent, ut mira praedicere & praeſtare

(z) In Libro de *Sectis Philoſophorum*.

(a) Cap. 1. §. 15. procem. & deinceps.

(b) In Lib. de *philoſophia barbarica* parte, quae inſcribitur *Chaldaica*.

stare posſent, pactaque cum daemonibus inirent, factum eſt, ut nomen *Magi* ignominioſum eſse inciperet. Hinc jam *Hieronymus* ſuo tempore obſervavit: *Conſuetudinem & ſermonem communem Magos pro maleficis accipere.* Conf. *Calixtus in Hiſtoria Magorum.* (c) Sic & hodie communiter malo accipitur ſenſu, ut denotet **einen Zauberer oder Schwartz-Künſtler/ oder der mit Zauberey-Sachen umgehet/** *Magia* vero **Zauberey oder ſchwartze Kunſt.** Atque ſic *Magus* eſt, juxta *Bodinum*, (d) *qui ſciens diabolicis modis ad aliquid pervenire conatur*, vel, ut alii: *qui daemonum opera & ope res inuſitatas & admirandas faciunt*, adde: *vel facere conantur.* Neque enim propterea a magiae crimine liberi ſunt, ſi effectus non ſequatur adhibita diabolica ſymbola, a diabolo praeſcripta. Quo ſenſu certe theſaurarii noſtri, tenebriones, Magiae nomine deteſtabiles fiunt, quippe per diabolica media, quibus pactum implicitum inhaeret cum daemone, conati ſunt evocare ſpiritus & bona temporalia ſibi acquirere.

§. XXIII.

(c) Cap. 18.

(d) In *daemonomania* cap. 1.

§. XXIII.

Non tamen Magos voco ſtricte ita dictos, qui expreſso foedere cum diabolo egerint, cujus vi daemonicas operas in damnum ſ. perniciem proximi edunt. Hoc enim diſcrimen uſum ſuum habet maxime in poenis Magorum. Aliter ſane & graviorem meruit poenam, qui hoc poſteriore modo magus audit, quam qui priore: quem tamen nequaquam juvare poteſt praetextus *naturalis magiae*: quanquam illa non prorſus neganda ſit, ſed etiam, experientia teſte, locum aliquem inter ſcientias naturales nanciſci queat; tamen iſti theſaurariorum conatus ad eam referri non poſsunt, ut ſupra oſtenſum ex contextu Actorum & rituum uſurpatorum ſymbolis: cum genuina iſta naturalis nihil aliud ſit, quam ſecretior quaedam naturae arcanorum ejusque operationum notitia, cujus beneficio mira ſeu admiranda perfi-
„ciuntur. Multa ſane ſunt naturae miracula
„incomperta adhuc rationi (ut utar verbis
„Theologi ſupra memorati) & in naturae ma-
„jeſtate penitus abdita: haec ſiquis hominum
„illis rebus naturalibus occulte utens faceret,
„Magus vulgo diceretur, & non niſi daemonis
„auxilio talia facere crederetur, cum tamen

Quo ſenſu non ſint Magi?

„opera illa eſsent naturalia, & a cauſis naturali-
„bus profecta, qualia plura collegerunt *rerum naturalium deſcriptores*, quo pertinent virorum fide dignorum Geographiae, Topographiae, item qui de incredibilibus & rebus curioſis ſcripſerunt. Enimvero his naturalibus ultra modum curioſi immiſcuerunt malas artes, ſub nomine naturalis magiae, quae tamen revera cum pactis diaboli erant connexae, vel illa ſupponebant.

§. XXIV.

Jam qualis vita tenebrionū, talis exitus: prout ſemen, ita meſſis comparata: patet id ex eventu conatuum theſauripetarum; cum aliqui praeſentes operiq; Diabolico manum admoventes miſere perierint; unus vero, *VVeberus* nempe, Studioſus, adhuc ſuperſtes, gravem admodum ſanitatis jacturam, quae nondum reparari hactenus potuit, paſsus ſit. Hac occaſione pertractare lubet quaeſtionem, cujus jam ſupra §. XI. p. 26. facta eſt mentio: *An ſcilicet Daemoni potius, quam cauſis mere naturalibus tribuendus ſit triſtis ille theſauripetarum exitus?* Poſtquam theſaurarius alter, *Gesnerus*, conſuetas adjurandi formulas expromta memoria recitaverat, *VVeberusque*, Studioſus, easdem ex *Fauſti*, quem poſſidebat, libro

Qu. An mors theſauripetarum Daemoni potius, quam cauſis mere naturalibus tribuenda ſit?

libro altera vice repetere cœperat, in ecſtaſin quaſi abreptus, oculorumque hebetudine ſuperveniente impeditus, propoſitum plene exequi non potuit; cumque ſopor ipſum obrueret, caput in menſam inclinare coactus eſt: qui ſopor profundus tamdiu urgebat hominem, donec poſtridie ſub veſperam Feriae primae Natalitiae ab adventante Contubernali difficulter admodum excitaretur, inque diverſorium proximum deinceps deferretur. Haec omnia dum obtigere *VVebero*, reliqui duo ruſtici erecti adhuc & validi ad menſam conſediſſe dicuntur. Utrum vero paulo poſt actum adjuratorium, qui vix horae ſpatium duravit, morte fuerint oppreſſi, an media demum nocte animam infelicem efflaverint? in Actis non exprimitur; id ſaltem ea teſtantur, quod poſtridie, ubi vineae poſſeſſor, ſceleris conſcius, cum VVeberi contubernali theſaurarios inviſere e re ſua fore cenſuerat, extincti horrendo ac torvo vultu colloque obtorto reperti fuerint. Si dicendum, quod res ipſa fert, cauſae quaedam naturales in cenſum hic omnino venire videntur, quae tamen non ſine juſta Numinis vindicta conſiderari debent. Ex his *primo* loco nominandus eſt *carbonum* candentium *fumus* peſti-

Cauſas naturales in cenſum hic venire, aſſeritur.

peſtilentiſſimus: hic quod non raro extremum hominibus, eo infectis, exitium atque interitum acceleraverit, inter experientiſſimos prudentiſſimosque Medicos expeditum, innumerisque exemplis comprobatum eſt; ut proinde, & hîc virus ſuum in theſaurarios exſeruiſſe, probabile admodum videatur, praeſertim cum prae carbonum incommodis, fumique ingraveſcentis, ſuffocationemque cauſantis injuria & feneſtras & fores aperire fuerint coacti. *Secundo intenſiſſimum* ac inuſitatum fere *frigus*, quod ea tempeſtate, inprimisque noctu ſunt experti miſeri iſti homunciones, ſoporem facile lethiferum accerſere, mortisque adeo hujus cauſam conſtituere potuit. Accedit *tertio horror ac pavor* inſolitus, qui procul dubio theſauro inhiantes occupavit; dum enim cogitarunt videruntque, irritum plane evaſiſſe conatum ſuum, ſimulque perpenderunt; quod nam negotium quo tempore fuerint aggreſſi, conſcientia, tandem evigilans & turbas excitans, varia pericula & fata triſtia praeſagiit, inque ſummas forte anguſtias ob offenſum ſanctiſſimum Numen & peſſime collocatum tempus, quod non niſi ſanctis ac piis meditationibus actionibusque impendendum erat, adegit. Quod enim DEUS non raro irae

ſuae

ſuae exemplum ſtatuerit in Noctis Chriſti Natalitiae profanatores, hiſtoriarum monumenta paſſim nos edocent.

§. XXV.

Non tamen in recenſitis cauſis naturalibus ſubſiſto, ſed ſpeciali infernalis genii concurſui praecipuas in triſti hoc eventu partes tribuo. Nam *primo* ex ipſa ſuſcepti *negotii natura*, dum theſauripetae in ſubſidium vocarunt Daemonem, communem illum & capitalem generis humani ἀντίδικον, patet, quod idem in re ſua operoſus maxime fuerit. Quod enim ſpiritum bonum, ceu finxit *VVeberus*, intendere, aut evocare non potuerint, jam ſupra eſt oſtenſum. Et ſi omnes ſuſcepti facinoris nefandi circumſtantias ex Relatione penitius paullo ponderemus, omnino inde apparet, quod non potuerint non colligere, immo revera collegerint, Diaboli operam in toto theſauri inveniendi negotio verſari: nam quando *Gesnerus* affirmavit, ſe vidiſſe pretioſiſſimum theſaurum a catello cuſtoditum: cujus vero locum aliis indicare, interpoſito jurejurando, capitali poena ſit prohibitus; quando porro cognovit, in vinea Heuchleriana ſubinde ſpectrum aliquod comparuiſſe: quando denique lucem fugiens reſtitit ca-

Diabolum ad triſtem hunc eventum concurriſſe, commonſtratur: I. ex ipſa negotii natura, evocatione ſc. Daemonis.

vendumque pronunciavit, ne in tali domicilio fieret adjuratio, quod aliorum hominum conſpectui eſſet expoſitum, ſuſpicionique adeo perpetrandi ſceleris anſam praebere poſſet, ſane ipſimet convicti ſatis fuiſſe videntur theſaurarii, ſe non moliri opus DEO acceptum, & angelorum ope atque auxilio ſublevandum, ſed ſuſpectum potius, impium, immo Diabolicum; adeoque non mirum, ſi per quod peccarunt, per id ipſum quoque puniti fuerint. *Secundo ex ſpectri comparitione & habitu* judicari res poteſt. Nam initio illud, quemadmodum Relatio habet, obſervante *Beyero*, cuſtode, bis tugurioli januam aperuit, innocentemque hunc hominem ita attonitum reddidit, ut non multo poſt naturae debitum ſolverit. Poſtea ſpectrum, umbrae pueri octennis ſpeciem praebens, non tantum ſenſibilem admodum halitum efflavit, ſeque aliquamdiu in ipſo aediculae limine motitavit, ſed fores etiam tanto impetu ac tumultu pulſavit, ut in minutiſſimas particulas redactae viderentur cuſtodibus. Porro in eo his illuſiſſe putandus eſt Diabolus, quod tres candelas, quas ſecum habebant, ſimul ac fuerant accenſae, quarta, immo quinta vice illico extinxerit, cum tamen duae aliae, a theſaurariis relictae, ſine

II. E Spectri comparitione & habitu.

ne ullo impedimento lucem emiſerint. *Dicas:* ſpectrum hoc ſolos excruciavit cuſtodes; unde argumentum inde petitum nondum evincit hactenus, quod evincere debebat. Sed reſpondeo: Licet haec omnia in *Relatione Principali* cuſtodibus contigiſse dicantur, illud tamen haud obſcure inde deducitur, quod Diabolus in tuguriolo ſuum exhibuerit ſpectaculum. Nam dum innocentes homines officii rationem, Superiorumque mandata exequi ſatagentes, nilque mali ſibi conſcios, aggredi atque terrere non dubitavit Satanas, ſane credibile eſt, quod multo magis ad mortem repentinam theſaurariorum concurrerit, ſuaeque adeo praeſentiae copiam iisdem aeterno exitio fecerit. Cujus etiam rei haud vana extitere indicia: Ut enim taceam, quod Diabolus circa ruſticorum cadavera, cum adhuc in aedibus peſtilentialibus, quas vocant, aſservarentur, horrendum tumultum ac ſtrepitum, quemadmodum inquilini uno tunc ore confeſſi & conqueſti ſunt, excitaverit, notari ſaltem meretur ſomnium illud, quod *Zennerus*, proxime praecedente Dominica IV. Adventus, & quidem circa horam IV. matutinam, eo ſcilicet tempore, quo conſortes, *VVeberus & Gesnerus* in ipſius aedibus pernoctave-

ctaverant, sibi obtigisse retulit: Conflictandum sibi nempe fuisse cum viro horrendo, nigra veste induto, ac vitae insidias meditato, quem arcere atque depellere non potuerit. Ex his itaque ac similibus circumstantiis, quanquam diversae sint indolis ac momenti, intelligitur, Diabolum praecipuam in hac tragoedia personam repraesentasse, finemque ipsi imposuisse, male mulctatis instrumentis suis.

§. XXVI.

III. Ex consuetudine Cacodaemonis, qui plures in simili negotio trucidavit.

Et hoc *tertio* eo minorem habet dubitationem, quo plura & evidentiora malignus spiritus passim hujus suae *consuetudinis* reliquit specimina, dum plerumque sibi devotos ejusmodi mactavit praemio, quod fideli isti ministerio respondit, *hoc est*, eos, qui artibus magicis fuere dediti, insatiabilique auri & argenti, vel ex abditis terrae recessibus eruendi, vel alio pacto illicito acquirendi cupiditate inflammati, in fine vel trucidavit, vel turpiter ac miserere perire fecit. Circa Annum Christi CIↃCCCXIIX. *VValckenredae* fuit frater, *Adolphus Meutha*, Githornensis, Chymiae, Medicinae & Necromantiae deditus, ac ideo reliquis fratribus invisus. Secessit ergo Amelungsbornam, inde Mariaerodam, & tandem Locumum; ubi post aliquot men-

menſes in loco ſecreto inventus eſt mortuus. Vid. *Eckſtormius.* (e) Hunc ipſum *Meutham Cl. Tentzelius* (f) ſuſpicatur Autorem fuiſſe illorum ſignorum & characterum magicorum, quos in *Coenaculo Magico VValckenredenſi*, ceu ex *Leuckfeldio* integram hiſtoriam in praecedentibus enarravimus, coenobii alumnus conſpexit detexitque. Quod autem ſpeciatim ad theſauripetas attinet; illi pro lucro, cui inhiarunt, plerumque vitae & ſalutis aeternae, theſauri incomparabilis jacturam fecerunt. Sic *Melanchthon* alicubi refert homines decem *Magdeburgi* ruina turris oppreſſos eſſe, cum ad theſauros, quos docuerat Satanas, reperiendos effoderent. Et *Georgius Agricola*, ſupra jam laudatus, in Libro de *ſpiritibus ſubterraneis* ſcribit, *Annebergae* in ea fodina, quae dicitur *Corona roſae*, ſpiritum ſpecie equi duodecim homines occidiſſe, & feciſſe, ut fodina argenti plena excederent, quam magi ope Satanae repererant. Memorabile quoq; eſt, quod ſua aetate factum refert allegatus ſaepe *VVierus:* (g) recenti adhuc memoria, Ao. nempe CIↃIↃXX. cuidam in cryſtallo theſau-

(e) In *Chronico Walckenred.* p. m. 126.
(f) In *Colloqu.* Menſtr. ad A. 1693. p. 605.
(g) In L. de praeſtigiis p. 121.

ros *Norimbergae* oſtenderat Daemon: hos cum loco perfoſso ante urbem in qua commorabatur homo iſte, aurum ſitiens, adhibito amico ſpectatore, & jam in ſpecu arcam vidiſset, atque ad eam NB cubantem canem atrum, ingreſsus in ſpecum homo opprimitur interficiturq;, ruente cacumine & ſpecum rurſus complente. Hanc ipſam hiſtoriam repetens *Sam. Meigerius in Nucleo Hiſtoriarum* (h) ſubjicit: **Diß iſt vielen wiederfahren/ die mit der Glückruthen und Goldgraben umgehen/ daß etliche um ihr Leben gekommen/ etliche taub geworden/ andere das Geſicht verlohren/ auch wohl von Sinnen gekommen ſind.** Plura in hanc rem exempla qui deſiderat, conferat *Bodinum*, (i) *Remigium*, (k) qui ſingularem hiſtoriam exhibet de *ſartore* Baſileenſi, Ao. CIↃ IↃXX. in cryptam, quae Auguſtae Rauracorum eſt, ſe demittente: *Spizelium* (l) aliosque. Quae omnia luculenter, ut puto, evincunt, in more poſitum eſse Diabolo ita tractare diſcipulos ſuos, ut artis ſuae fructum tandem ferant ſentiantque longe acerbiſſimum.

Hunc

(h) P. III. L. VII. c. 18. p. m. 170.
(i) In Daemon. L. III. c. 3. p. m. 259. ſeq.
(k) in Daem. L. II. c. 4. conf. *Io. Ern. Pfuel de Magia* p. 125.
(l) In der Gebr. Macht der Finſternis p. 68. ſqq.

Hunc autem facile praevidere poſsent ac devitare, ſi *quarto* denique ex aliorum periculis & exitio cautiores facti perpenderent, iſthac praecipue ratione Diabolum ſuis imponere, & praetextum infelicis ejusmodi eventus uſurpare, pactum videlicet non accurate fuiſse ſervatum, contextumque rituum a ſe praeſcriptorum immutatum, aut ſaltem minus exacte adhibitum. Obſervavit hoc ſaepe nominatus *Oſiander*: (m) „Si quis ceremoniarum apex, *inquiens*, neglectus „ſit, aut ejus praeſentia pavidi vel latum ungvem „figuram tranſierint, continuo de vita eorum „conclamatum eſt. Quod quanquam ſpeciatim de Magis pronunciet B. Autor, tamen id ipſum etiam de theſauripetis in adjurationibus ſuis non ſatis caute verſatis accipiendum eſse, oſtendit B. *Dietericus* in Comment. in *Librum ſapientiae* (n) his verbis: **Die Zauberer und Hexen ſchaden ſich zum öfftern an ihrem Leben; Denn mehrmahlen/ wenn ſolche Zauberer und Seegen ſprecher fehlen/ ihnen der Teuffel den Halß umdrehet/ oder erſchrecket ſie/ und giebt Urſache/ daß ſie fehlen/ damit er ihnen den Garaus mache/ wie es** NB **mit den Schatz-Gräbern gemeiniglich geſchiehet.**

IV. ex propoſito decipiendi, & ſpecioſo praetextu de non ſervato pacto, ſi nempe rituum contextus non accurate ſit obſervatus.

§. XXVII.

(m) In Tr. de *Magia* p. 47. (n) Ad cap. XII. p. 364.

§. XXVII.

Usus nonnulli ex hac tractatione eruuntur, & tandem voto concluditur.

Usus, quos Theologia e praesenti argumento suppeditare potest, in promtu sunt. Animadvertimus enim hic infinitas *Diaboli insidias ac fraudes* maximo studio cavendas, quippe initio specioso divitiarum adquirendarum praetextu simplicioribus imponit, eosque in rete suum, h. e. consortium & collusionem pertrahere annititur. Quo ipso homines imprudentes facile a via vocationis ordinariae abducere, & in periculosos anfractus ac maeandros conjicere solet, unde vel nullum deinceps, vel difficilem actristem plerumque vident exitum. Neq; plebejis solum & abjectis hominibus insidias struit antiquus serpens, sed interdum etiam illis, qui supra vulgus sapiunt, inque eruditis suum profitentur nomen. Hos dum non raro rerum abstrusarum ac nimis curiosarum cupiditate trahi intelligit, per instrumenta sua vel libros suspectos & non ubivis obvios suppeditat, vel alia adminicula ostendit, quibus modo ad summos honores, modo ad thesauros pretiosos adipiscendos parari aditum posse persuadet. Fugiamus inprimis detestabilem *avaritiam*. Quotiescunque enim homo, sorte sua minus contentus, huic sese dedit vitio, nullum est praeceptum

ceptum tam ſanctum, quod non turpiter violare, nullum facinus tam nefandum, quod non, ſi minus aperte, clam tamen deſignare, nullum denique opus tam ſuperſtitioſum, vanum ac ſtolidum, quod non perficere audacter ſuſtineat. Noverant theſauripetae noſtri legem divinam de colendo Sabbato, & eo cumprimis die, qui ſummum nobis in memoriam revocat beneficium, celebrando: mens procul dubio praeſagiebat ipſis facinoris turpitudinem divinamque vindictam ſubſecuturam: ipſa denique ſana ratio dictitabat, ſuperſtitioſum hocce negotium, noctu praeſertim ſuſceptum, optatum nanciſci ſucceſſum haud poſſe; illi tamen avaritiae laqueis ſemel impliciti, propoſitum ſuum exequi, ſummoque ſe periculo, quod & nox, qua Diabolus maxime operoſus eſſe in impiis ſolet, & gelu inuſitatum, & ſpectri comparitio minabantur, objicere non dubitabant. Pertinet huc illud *Pauli* (o) de avaris: *Qui divites fieri volunt, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia & nociva, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt avaritia.* Attendamus tandem etiam *juſtitiae DEI vindicativae*

(o) 1. Tim. VI, 9. 10.

tivae exemplum. Etsi enim miseri illi thesauripetae credebant, in occulto mansura impia consilia, in tenebris quippe suscepta, nec de divina Nemesi cogitabant in divini nominis, & memoriae sanctissimae beneficiorum CHRISTI profanatione; tamen gravitatem supplicii experti sunt contemtores DEI, Numenque omniscium, quae occulta fuerant, in lucem protraxit, molimina diabolica manifestavit, & superstitiosos ac perversos homines, Diabolo justissimum DEI judicium exequente, subito corripuit perdiditque. Faxit DEUS, ut, quotquot exitiosissimum hunc eventum vel ipsis suis hic oculis usurparunt, vel alibi cognoverunt, judicia divina alta mente reponant, ac prudenter juxta normam, in sacris Literis praescriptam, ubique incedant. Faxit inprimis, ut Studiosa Iuventus, ad seductionem alias proclivis, insidiisque Diabolicis omnium maxime exposita, in *VVeberi* exemplum intuens, sapere, nec minus etiam prava consortia, ad vitam dissoluram ac profanam aditum plerumque aperientia, quam malas & suspectas artes ac libros, nocturnas praeterea excursiones & Diei sacri profanationem cane pejus & angue devitare, divinum contra Numen revereri, in Studiorum cursu strenue progredi, & cum doctrina pietatem quoque sectari discat,

S. D. G.

PRAE-

PRAESTANTISSIMO RINNEBERGIO SVO, CONSCRIPTAE A SE DISSERTATIONIS EGREGIAE DEFENSORI STRENVO

S. P. D.

IOANNES CASPAR POSNER

ELOQVENTIAE PROFESSOR.

QVI per annorum iam aliquot interualla, cum vel scientiarum sacrarum incunabula, auctoresque & fata scrutarer; vel ornate ac dextre dicendi sapientiam, in cathedra ac suggestu regnantem, & materiis ac euentibus cunctis accommodatam, publica priuataque opera explicarem; & comitatus me semper, & singulari adfectu ac studio prosecutus es; facere profecto non potuisti, quin me Tibi vicissim conciliares, atque arctius paullo coniungeres. Familiaritatis igitur nostrae, mutuique amoris ratio postulabat, vt TIBI, ad laudem adeo incorruptam ac solidam contendenti, fauerem; Tuamq; industriam, non in humanitatis tantum, ac rectioris philosophiae studiis, sed in diuinioribus quoq; scientiis, a Theologorum nostrorum antesignano, MICHAELE FOERTSCHIO, accurate & sancte traditis, nullasque a recentiorum quorundam haeresi, errandique licentia, sordes trahentibus, praeclare enitescentem, ominibus atque acclamationibus laetis prosequerer. Cum enim infaustum illud & atrox patriae Tuae incendium fortunas TIBI ac res haud admodum amplas reliquerit; nihil a TE interea laudabilius, aut conditione ac indole Tua dignius agi poterat; quam vt praestantiores his longe diuitias, quae in virtute & sapientia sitae sunt, nec inani fulgore aut specie fallunt, neque cum amittendi timore ac periculo possidentur, Dei ac Praeceptorum

rum fidelium ope, TIBI acquireres. Prae quibus, vt opes incertas & fluxas, & cum prospera fortuna ac vita hominem deserentes, parui facere consueuisti: sic peruersa quorundam & stolida ditescendi consilia atque artificia, quae a maligno genio suggeruntur, multumque ideo fraudis & malitiae habent, aeternamque non raro perniciem adferunt, reprehendere ac damnare, Tuarum omnino partium arbitraris. Quam horrendum igitur ac infame flagitium, ab illius sanctissimae noctis, quae natalis obtigit Christo, violatoribus, thesauro cuidam, prope patibulum, inhiantibus, sollemnique incantantium formulae, eam in rem adhibitae, vel immortuis, vel ad ignominiam suam superstitibus, nuperiori decembri apud nos patrabatur; tam gloriosa & vtilis a TE opera, summi FOERTSCHII nostri praesidio, in dissertatione hac docta & egregia collocatur; qua insanum hoc facinus atro calculo notas; pactionemque cum inferis, si non apertam, certe occultam & tacitam, ab his tenebrionibus factam, recte & grauiter detestaris. In ipso autem hoc monimento, quo a thesauris fallacibus ac probibitis animos lectorum abducis, collectas iam dudum eruditionis & ingenii opes explicas, ac sine fastu ostentas: quarum mox lucrum vberrimum scholae pariter coetusque diuini, me vade & augure, facient; cum hos illasque, Dei prouidi nutu, ornabis; nec Aristippi tantum philosophi, ac Simonidis poëtae exemplo, sed Tuae quoque virtutis ac scientiae argumento docebis, hominem eruditum & probum suas diuitias suo vbique animo ac ingenio circumferre. Vale. Dab. Ienae, ex museo, Calend. Iul. A. O. R. CIↃ IↃCCXVI.